232

K


36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

KW
232 K 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

~~237 D 42~~

172

DE FEVDI IVRIS SCRIPTI,

HOLLANDICI, VVESTFRISICIQVE, SVCCESSIONE.

NEC NON

OBSERVATIONVM FEVDISTICARVM DECAS PRIMA

EX REBVS IVDICATIS
Curiæ Feudalis
Hollandiæ, Zelandiæ, Friſiæque Selecta.

Auctore CORNELIO NEOSTADIO,
Domino in Seuenhouen;
Supremæ Hollandiæ, Zelandiæ, VVeſtfriſiæque Curiæ Senatore primario; Academiæque Lugdunenſis in Batauis Curatore.



39

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officinâ ELZEVIRIANA.
Anno cIↃ IↃ cxx.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Errata typographi ſic reſtituantur.

Fol. *10.* lin. 14. deleatur comma. *14. 5.* poſt *ſubſcribimus* adde comma. 16. *8. cedit.* & 2. poſt tranſlata) claude parentheſim. *8.* lin. margin. *6. eruen. 25. 1. parentes. 8.* dele ſecundum comma. 10. *à marito. 32.* lin. fin. *alia. 33. 2.* irrepſit *jure. 34. 16.* poſt *adſerat,* adde comma. *33. 4. Aeſdomici*: ſic vbique reſtituatur. *42.* linea *9.* reſtitue *dominio & 11. ſubſequenti quæſito. 43. 9. patruus.* 44. ult. *vendiderit. 45. 2.* poſt *ſit?* interrogatio. *49. 3. matrimonium, 52. 4. prima 56. 17. renuntiaſſe.* & ſeq. *paruerit. 64. 3. ſuperſtes. 67. 4. ſunt 68. 5.* loco *aufert Feudum, aufertur.* 66. *5. patrimonialem.* 70. *4. deuincere. 71.* 18. *laudemium. 74.* 2. *erunt. 78. 4. deplumeſcat.*

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

ILLVSTRIBVS,

PRÆPOTENTIBVSQVE ORDINIBVS BATAVIÆ

CORNELIVS NEOSTADIVS
Dedicat, Conſecratque.

ANNI *iam ſunt duo ſupra viginti cum veſtra* ILLVSTRES ORDINES, *conſtitutio Politica, turbata ſucceſsionum Iura ſanxit publica auctoritate; quæ res omnibus gaudium, pleriſque & expectationem attulit fore, vt eodem exemplo Feudorum controuerſiæ legem acciperent à veſtra manu. Mihi vero probatum quidem ſemper illorum ſtudium, quibus iure certo, quam incertis diſceptationibus nos vti magis placuit: at hi tamen errare viſi, nec ſatis expendere, quantum inter vtrumque intereſſet. Longe enim alia, meo quidem judicio, Feudorum eſt,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

atque hæreditatis ratio: Hæc enim Legibus ſemper permiſſa eſt aut Teſtatoris, aut Principis, vnde eam quæ ab inteſtato defertur legitimam dicimos habet: At illa ſuas leges, hoc eſt pactiones habent, quæ non ab alterius arbitrio, ſed vtriuſque conſenſu pendere indubitati Iuris eſt. Quare cum Feudum ſit in contractuum cenſu, conuentionibuſque obligentur etiam penes quos Imperium eſt, non video quomodo quæſitum priuatis Ius, publica legiſlatione poſsit imminui: notum enim illud: dignam eſſe vocem Maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri. Mea itaque fert ſententia, præter primæ inueſtituræ tabulas, quarum præcipuæ ſunt partes, Ius omne Feudi noſtratis trium partium oriri ex aliqua. Conſideranda enim eſt imprimis Feudi Batauici Natura, atque proprietas: Deinde Mediolanenſes illæ Conſuetudines, non, vt multorum fert opinio, Oberto, Gerardóue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

auctoribus perſcriptæ, ſed ex diuerſorum obſeruationibus collectæ in corpus vnum, Pandectarum exemplo. Hic liber ortus ab vſu primum, poſtea fecit vſum; auctoritaſque Iuris à Langobardis profecti ſeculorum incrementis adoleuit, Europæque omni in imitationem valuit. Nec aliud nobis de hoc Opere dicendum, quam quod de Lege Rhodia Imperator Antoninus cenſuit, ſequendam eius auctoritatē, quatenus noſtrarum legum nullam habet aduerſam. Vbi hoc ius etiam defecerit, proximum eſſe communem Patriæ ſucceſsionem ſequi, & eius quidem temporis, quo ſe primitus ille, cuius de ſucceſsione quæritur, in Principis fidem & clientelam dedit. Hæc omnia minus in ſe difficultatis habuerunt, quandiu apud nos Curia Feudalis viguit, Oraculum Batauiæ, in quo viri Nobiles aut Patritij, quibus partim Mores & conſuetudines Patriæ: partim Ius Scriptum, & Romanæ

 leges

leges erant percognitæ, de rebus Feudalibus, peritia ſumma ſimul & religione iudicabant. At poſtquam Senatum iſtum Motus ciuilis abſorbuit, iamque ætas illos defectura eſt, qui Iudicijs iſtis intereſſe potuerunt, in hoc laborandum exiſtimo, ne eripi nobis patiamur, quantumcunq; ſcientiæ exitum minanti ſupereſt. Cuius curæ eo maior eſt neceſsitas, quod Ius Aſingicum, Scabinicumque, quorum in legitimis hæreditatibus auctoritas veſtris legibus antiquata eſt, vt deſuetum, ita neglectum videam etiam reliquæ Iuriſprudentiæ obſeruantiſsimis, cum tamen inde poſtremo loco repetenda ſit, vt diximus, Feudorum ſucceſsio. Hæc fuerunt, PROCERES MAXIMI, *quibus permotus aggedior in apertum referre, quæ triginta quatuor annorum obſeruatione mihi cognoſcere licuit, tum fore frequentatione, tum illorum conſuetudine, qui iam tum grandi natu nobis iuuentute florentibus priorum temporũ Acta*

par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

partim memoria, partim à maioribus per manus accepta repetebant. Haſce itaque primitias meas, in hoc argumento primus vobis rerum dominis æſtimandas proponere feſtinaui, (videbam enim periculum in mora) dum conſpiciuntur in in hoc conſeſſu ampliſſ. V. N. IOANNES OLDENBARNEVELDIVS *Templÿ Dominus, qui ſocero noſtro* PAVLO BVSIO *ſucceſſit in eam dignitatem, quam ipſe ornat ſingulari prudentia, cuiuſque conſilijs vos principem defertis locum; &* PETRVS MERANVS *Curiæ quondam Hollandicæ Senator, nunc inclÿtæ Delphorum Ciuitatis Aſſeſſor, ex quorum pectore ego arbitror, vt totius Iuriſprudentiæ opulentiſsimo penu, ſi collapſum foret, patrium ius omne poſſe reſtitui: Hos ego, non vt vulgus ſolet, defenſores atqui aſſertores laboris mei, ſed Arbitros, Iudices, Cenſores denique appello: Horum ſententiæ, quicquid hoc libelli eſt, ſubiectum volo, paratus Iudicatum facere;*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

cere; aut ſi Triumuirale iudicium res iſta deſiderat, vt juſtum fiat collegium, me quidem libentiſsimo tertius adoptabitur GVILIELMVS RADELANDIVS *Traiectini Senatus princeps, harum rerum peritiſsimus, (vna enim per illam ditionem, perque veſtram Iuris eſt Feudalitij cognitio) quem Honoris, & Amicitiæ cauſa nomino. Sed cum rerum Iudicatarum auctoritas, vbi de vſu incidit quæſtio, maxima ſemper ſit habita, addo,* ORDINES ILLVSTRES, *in ſpecimen, Sententiarum decuriam, quas ille Feudalis Senatus frequens olim cenſuit. Hæc ſi promulſis ſapiat, cœna, ſi iubeatis velitis, parabitur. Fauentibus igitur animis munus hoc accipite, atque ita habete, vt ab eo profectum, cui major vtilitatis publicæ, quam gloriæ ſuæ cura eſt. Prid. Non. Sextiles. Anno* ∞IↃCII *Hagæ Comitatenſi.*

IN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Obſervatio prima Decadis primæ.

Vter de Feudo teſtamenti factionem concedat, Princepſne, an Feudi Dominus ſubalternus.

GVILIELMVS Buſchuſius Feudum viginti ſex iugerum, à Domino Honingenſi motum, per mortem matris ſibi delatum, hoc axiomate in Iure aſſerebat. *Dat inden lande van Hollant, een generale coſtuyme, gevvoonte, ende vſantie is, Inde ſucceſſie van leenen: Dat alle onſterffelijcke erfleenen ſuccederen enden erfuen opten ouſten ende naeſten vander geender ſijde van daer die ſelve ghecomen ſijn. Ende dat alle manhooft, in gelijcke graet ſuccedeert alleen voor die vrouvve, die joncxſte man voor t'ouder vvijf.*

Contra Cornelia ſoror, aſſertioni huic locum eſſe, quoties donatione, ceſſione in Iure, vel teſtamento, aliove vltimo elogio, domini conſenſu confirmato, ſecus diſpoſitum non appareat Feudum controuerſum à matre Sorori Agathæ in dotem datum: idque ab Agathâ poſtquam per totos quindecim annos à morte matris poſſediſſet, teſtamento domini conſenſu confirmato ſibi relictum eſſe.

Quod verum inquit Guilielmus; ſed Feudum eâ lege in dotem datum, vt eo matrimonio ſoluto ſiue liberi nati eſſent ſiue non, Feudum, ad materni generis hæredes acturum reuerteretur; ſibi igitur ſexus priuilegio, ætatiſq; prærogatiuâ poſtquam Agatha ſoror ſine liberis defuncta ſit, ius in Feudo quæſitum, quod teſtamenti factione adimi non potuerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Dom. Gerardus Aſſendelphius Curiæ Hollandiæ Princeps cui ea notio, ratione Dominij Honingenſis eſſet, eiuſque Curiæ Pares, Corneliam ab impetitione Guilielmi fratris abſoluerunt. Appellatione deinde à Guilielmo ad Curiam Principis Feudalem interpoſitâ, tametſi ex eiſdem actis Ius initio reddi petitum eſſet, Guilielmus tamen Principis impetrato reſcripto, bina hæc noua facta probanda, ſiquidem ex prioribus voti compos eſſe nequeat, ſuſcepit. *Dat naer die notoire coſtuyme van Hollant egeene preſcriptie ymant mach hinderlijck vveſen, om van ſijne rechten te priueren, roerende Immeuble eygen, ofte leengoederen, dan't tverloop van't tderdendeel van hondert Iaren, langher ende niet daer beneden.*

Item Feudum non à Domino Honingenſi primario, verùm à Principe moueri qui id Domino Honingenſi conceſſerat, ab eo verò viciſſim materni generis ſui maioribus in ſubinfeudationem, vulgo *Achterleen* datum; Quod ſi ſit, conſenſum domini ſubalterni ad teſtamenti factionem non ſufficere, ſed Principis diplomate ſorori Agathæ opus fuiſſe. Principem enim teſtandi facultatem de Feudis tum à ſe, tum à Vaſallis ſuis motis concedere ſolitum. Curia Feudalis, viſo proceſſu, interſata, Guilielmo oblatam nouorum factorum probationem permiſit. Cùmque Curia ex officio penitius de cauſsâ inquiſiuiſſet, tandem ſententiam priorem in irritum deducit. Et omiſsâ aduerſus præſcriptionem reſtitutione, vt quâ Guilielmo opus non eſſet, nullum Corneliæ ius in Feudo competere pronuntiauit; Eamque Feudum cum fructibus à tempore litis in priori inſtantiâ conteſtatæ, perceptis, reſtituere condemnauit. *Data* XXIII *Aprilis.* MDXXX; *poſt paſchatis.*

Obſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Obſeruatio ſecunda Decadis primæ.

Feudi alienatione, primæuam eius naturam, non mutari.

GVILIELMVS Hollandiæ Comes Anno 1527. Bonæ Bergenſi Florentio Haemſtedio nupturæ reditum annuum centum florenorum ex decimis Sandecomitis in dotem ſimul & Feudum pro ipsâ & liberis eius legitimis filiis & filiabus dedit. Filiâ deinde Elizabethâ ex eo matrimonio prognatâ: hæc matri, huic verò filius ſucceſſit Ioannes Hodenpilius. Cuius cum poſtea bona vniuerſa à creditoribus poſſeſſa eſſent, Feudum Ioanni Swieteno ſub haſtâ plurimum licitanti addictum fuit. Is itidem Feudo pro ſe & liberis filiis & filiabus inueſtitus; id ad filium Adrianum ſucceſſione tranſmiſit; Adriano verò cum Ioannes, Ioannaque Opmeria nati eſſent, Ioannes patri in Feudo ſucceſſit; verùm Ioanni cum filius Ioannes Iunior ſucceſſiſſet, iſque in fata ante pubertatis annos conceſſiſſet. Opmeria eius amita fruſtra Inueſtituram petijt: Cùmque ea res cauſſam liti dediſſet, Opmeria Feudum hæreditarium aſſerebat. Contrà fiſci Procurator, Hollandici iuris eſſe referebat, cuius ea eſſet natura, vt collaterales ab eius ſucceſſione ſint excluſiſſimi, niſi expreſſim Feudi hæreditarij hiſce verbis *Tot een onſterffelijck erfleen* mentio facta fuerit. Nec referre quod non modò filiis, ſed & filiabus primæ Inueſtituræ breuiculo ſucceſſio delata ſit, cùm id pacto ſpeciali euenerit: Ceterum in aliis Feudi Hollandici naturam conſtare. Et licet Bonæ Bergenſis tantum liberis, poſteriſq; prima ſuccedendi conditio ſit præſcripta, eandem tamen Opmeriæ auo, patri, & nouiſſimo Feudi poſſeſſori, eſſe repetitam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Inueſtiturarum eorundem formulis abundè liquere. Non etenim Principem ſolere cum alienandi conſenſu genuinam ſimul ipſius Feudi naturam mutare : Cauſsâ vero cognitâ curia Feudalis iure Opmeriæ Inueſtituram denegatam cenſuit. *Data* XX *Ianuarij.* MDXXXVI.

Obſeruatio tertia Decadis primæ.

Si Feudum in Emphyteuſim datum eſſe dicatur.

NASSOVIÆ Comes vti Leccæ Dominus, anno MCCCLXXXVII. aream ſeu planitiem in vrbe Dordracenâ ad veterem foſſam, cui: à Boreali parte noua eſt platea, & à Meridionali reſpondet Sti Mathiæ, Guilielmo Godſchalckio in Feudum hæreditarium conceſſit: Is cum aream in longum tempus locaſſet, Feudum cum domini conſenſu, locatione ratâ manente, vendidit.

Verùm Conductores quod area eſſet paludoſa vliginoſaque, nulli pene vſui apta, eandem cœno, arenâ, & ruderibus, ſolo adæquarunt, eiuſque ſuperficiei ædes vrbi non deformes inædificarunt. Cumque temporis decurſu Feudum Mariæ, Heymanno Nicolai nuptæ, ſucceſſione obueniſſet, nec annua amplius penſio ſolueretur, Heymannus, Ioannem, dominum Merodium, Ioannem Plouraxium, alioſque ædium inquilinos in Ius vocauit, Feudum vindicans; cuius petitioni cum etiam Naſſouiæ comes acceſſiſſet, aduerſarij iudicio occurrentes, aream ſterilem in emphyteuſim auctorum ſuorum prædeceſſoribus cum Domini Comitis conſenſu datam prædicant; Eumque Domini conſenſum ex eo fa-

cile

cile elici, quod ædes ſupra hominum memoriam propalam ac proinde etiam aduerſariis ſcientibus & patientibus Emphyteutæ priores poſſederint.

Curia verò Feudalis, cauſsâ cognitâ, emponematis reſtitutis, bona Feudalia actori à reis euacuanda hiſce verbis pronuntiauit: *'Thoff condemneert den Ghedaechden ontruyminghe te doen vant t' voorſchreven leengoet: Midts vanden Impretant ontfanghende die melioratie by den vervverers ofte hare voorſaten aen' tvoorſchreuen leengoet gedaen ter tauxatie vanden houe*, Data XIX. Ianuarij ſtilo Curiæ Hollandiæ.

Obſeruatio quarta Decadis primæ.

Feudum emponematum cauſsâ retineri non poſſe.

EX hac ſententiâ alia ſuborta lis eſt. Cum enim Maria Heymanni vxor anno MCXLIII; emponematis nondum perſolutis, è viuis exceſſiſſet, & nihilominus Gommarus filiæ eius maritus, locatarum ædium mercedes ab inquilinis perciperet, D. Merodius litiſque conſortes, Curiæ Feudalis mandato pœnali, id Heymanno interdici impetrarunt, vtque, caſu quo ſe opponeret, ad diem cauſſam dicturus adeſſet. Qui cum ad diem vadimonij non ſtitiſſet, Curia edictum primum aduerſus eum conceſſit. Verùm Gommarus Heymanni gener, reſtitutionis ope, edicti huius gratiam fieri, ſibique cauſæ defenſionem permitti cum, aduerſariis annuentibus, impetraſſet: Vxoris inquit non ſoceri amplius cauſſam agi: quamobrem non ſocero ſed ſibi diem dici oportuiſſe, qui litis eorundem emponematum cauſsâ ceptæ

præſcriptione oppoſitâ, tutus eſſe potuiſſet: vel etiam ab actorum Impetitione abſolui.

Curia vtrumq; amplexa, & actores non receptibiles pronuntiauit: & reum ab eorum Impetitione abſoluit: Expenſarum mulctâ in actores decretâ. *Data* XIX *Maij.*

Obſeruatio quinta Decadis primæ.

Quem de euictione tenet actio, eundẽ agentem repellit exceptio.

GISBERTI Kaſinij hæredes paternam hæreditatem diuiſuri, piſcinam quam pater Iure Allodij habuiſſet Balæ Sorori vendiderunt. Verùm Naeldwijckino Antri canini vulgo *Hontshol* Dominus eam, vti clientelæ nexu ſibi deuinctam, coram Curiæ ſuæ Paribus euicit.

Hac occaſione Theodorus Giſberti filius piſcinam, ſucceſſione Feudali ſibi delatam, ratus Balæ ſorori filium (qui cohæredum conſenſu Feudo inueſtitus erat) coram iiſdem Paribus in Ius vocat, Feudumque hoc axiomate vindicat. *Dat naer coſtuyme van deſe landen, d'ouſte zoon van een Vaſal alleen ghequalificeert is om te ſuccederen in die leengoederen by ſijnen vader achter ghelaten.* Contrà Reus, ab Actore, tempore contractus, diſpici oportuiſſe, reſné quæ vænierit proprij eſſet mancipij, an ſecundarij; cùmque hæc nunc ſecundarij mancipij inueniatur, auctoritatis nomine actorem ſibi teneri, multo igitur magis eum agentem præſcriptione ſubmoueri poſſe. Quibus cùm Actor replicaſſet, non hanc ſed aliam piſcinam quæ Allode eſſet à ſe cohæredibuſque Balæ diuenditam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

tam: Curiæ Pares actori Feudum adiudicarunt, Reumq; in expenſas litis, tribunalitijq; victus & potus condemnarunt.

Appellatione deinde ad Curiam Hollandiæ Prouincialem interiectâ, ibidemque tranſlationis præſcriptione ab appellato propoſitâ: Cauſſa ad Curiam Feudalem dimiſſa fuit; Quæ de appellatione cognoſcens, ſententiam priorem in irritum deduxit: Et quod à prioribus Iudicibus factum opportuiſſet, Reum ab impetitione actoris abſoluit, expenſis vtrimque compenſatis.

Huic ſententiæ interfuerunt D. Gerardus Aſſendelphius Curiæ Feudalis legatus, D. Gerardus Lockhorſtius Eques, Magiſtri Iuſtus Sasboutius, Reynerus Bruntius, D. Andreas Bronckhorſtius, Magiſtri Iacobus Iunius Dominus in Baertwijc, Guilielmus Goltſius, Criſpinus Buſchuſius, & Iacobus Stalperdus, eiuſdem Curiæ Pares. *Data* XV *Septembr.* MDXXXVII.

Obſeruatio ſexta Decadis primæ.

Rem ad nutum reuocantis vtendam fruendam datam, vti facultatis, perpetuo, nullo temporis lapſu renitente, reuocari poſſe.

D. Ioannes Naſſouiæ Comes ſpecificam Naeldwici Iuriſdictionem (vulgo *Ambachsheerlÿckheyt* dictam) D. Henrico Naeldwicio anno MCCCXXXV. precario (quod de gratiâ fieri exprimebat) vtendam fruendam ea lege dedit, vt quamdiu precarium à ſe ſuiſue poſteris vel

vel ſucceſſoribus non repoſceretur, octoni in ſingulos annos floreni Rhenani penderentur. Precario porrò quoq; tempore reuocato, Iuriſdictio libera ad Bredæ Leccæque Dominos, nullo prohibendo rediret: Cumque D. Henricus pacto ſe ſuoſque poſteros ſtaturos ſancte promiſiſſet: Toto demum ſæculo poſt, paucis tantummodo menſibus exceptis, Naſſouiæ Comes, qui tum rerum potiebatur, precario renunciari cum iuſſiſſet: D. Robertus Comes Arenbergicus, Mechtildis Montfortiæ coniugis nomine, renuntiationi intercedens, Iuriſdictionem Naeltduicanam, diu ante Henrici Domini Naeltduici tempora, non precario, ſed in veram Emphytenſim, cum omnibus pertinentiis vti ea in Feudum ab Hollandiæ Comite moueretur, coniugis ſuæ maioribus à Naſſouiæ comitibus conceſſam, excipiebat: Nec potuiſſe D. Henricum, quâ tum eſſet ætate imbecilli, ſponſionem quæ prætenditur facere, tantumque præiudicium ſibi familiæque Naeltduicanæ inferre.

Cauſsâ deinde inficialiter conſtitutâ, probationibuſque vtrimque receptis, Curia Feudalis poſtquam in cauſsâ concluſum, & vtrimque Ius ſibi reddi petitum eſſet, Iure precario renuntiatum eſſe, fructuſque, à tempore Iudicij accepti, perceptos, reo reſtituendos, pronuntiavit. *Data* XV. *Septembr.* MDXXXVII.

Obſer-

Obſervatio ſeptima Decadis primæ.

De legitima Feudi Cliuici ſucceſſione.

DOMINVS Iacobus Horniæ Comes anno MDIV. filio Iacobo Hornio agri Altenæ Dominium vrbemque Woudrichemiam cum hominiis & pertinentiis coram duobus Hollandiæ Paribus ceſſerat. Verum cùm filius remiſſius Inueſtituram petere diſtuliſſet, reſtitutionis beneficio XX Maij Anni MDIX Feudo in hæc verba inueſtitus fuit. *Te houden van ons, onſen erfuen, ende naecomelinghen Grauen van Hollant, Iacob Ionckgraeue van Hoorne ſijnen erfuen ende naecomelingen tot ſulcken rechte ende leen als Iacob Graue van Hoorne ſijne Vader ende ſijnen voorſaten dat ghehouden hebben, naer inhout der ouder brieuen ende regiſteren daer van vveſende.*

Feudum Cliuicum dicitur &, quod Cliuiæ Princeps in Cliuia dederit, Et quod datum in alia conſiſtit regione; Illud hac ſpecie certum: hoc vero cōtrouertitur.

Cùmque Feudo D. Iacobus annos circiter viginti & quatuor potitus in fata, nullis relictis liberis, conceſſiſſet; Fiſci Procurator neminem ſupereſſe ratus, in quem Hollandiæ moribus Feudi poſſeſſio ſucceſſionis Iure continuata dici poſſet, D. Ioanni Horniæ Comiti defuncti fratri Inueſtituram denegauit: ſed anni tantùm vnius fructus datis fideiuſſoribus percipere permiſit: Siquidem interim actionē ſi quam ſibi reliquam putaret, petitoriè inſtitueret.

Horniæ itaq; Comes ex præſcripto Curiæ Feudalis, mandato fiſci, Procuratorem in Ius vocat, Vti ſe in clientelæ Ius (quod Inueſtituram facere dicimus) recipiat, aduerſarium condemnari petit: Seſe viciſſim paratum fidei Iuſiurandum ſymbolaque aliaue iura Dominica more maiorum ſuorum

Actio.

 præſtare;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

præſtare; Feudum etenim primitus à Cliuiæ Comitibus maioribus ſuis datum; Cliuiæ verò Comitibus pro more eſſe, vt rectâ deficiente lineâ defuncti fratres ad Feudi ſucceſſionem vocare non dedignentur: Quod & olim vſu in hoc Feudo veniſſet. Anno namque MCCCVI Guilielmo Hornio Feudi huius poſſeſſori, Gerardum Hornium fratrem, cum Feudum Cliuicæ etiamnum ditionis eſſet, ſucceſſiſſe.

Exceptio. Hiſce Fiſci reſpondet Procurator: Feudum vti ſoli ita & Iuris eſſe Hollandici: Feudi autem Hollandici eam eſſe naturam indubitatam, vt ſoli in eo ſuccedant filij, filiabus cæteriſque, necnon etiam tranſuerſalibus, excluſis: niſi horum qui vel expreſsè vel ſub clauſula *Feudi hæreditarij*, primis Inueſtituræ tabulis vocati fuerint: Tum enim quatenus à Feudi recti naturâ receſſum appareat, eatenus ſucceſſioni locum eſſe, cæterum in aliis Feudi recti naturam firmam ſtabilemque permanere.

Sed cum Inſtituti ſit noſtri, quàm planiſſimè Feudi noſtratis naturam conditionemque repræſentare, operæ pretium fuerit ſi peculiaria & concepta idiotiſmi noſtri verba, vti Fiſcus ea refert adſcribi curentur.

Dat alle leenen *inden lande van Hollant gelegen, ſijn van die natuere, dat een zoon daer inne ſuccederen mach, ende niemant anders. Ende vvorden ghenoemt* Rechte, quade, ofte verſterffelijcke leenen, *daer inne geen dochter mach ſuccederen. Dat mede die ſeluige niet mogen comen op broeders oemen ofte yemant anders* in collaterali linea, *Ten ſy datſe met die conditie en voorvvaerde uytgegheuen zijn; Ende vvorden genoemt* onuerſterffelijcke erfleenen. *vytgegeuen den Vaſal ende zijnen erffghenamen. Ende dat ſoo vvanneer die claſule van Erffelijck ofte onſterffelijck niet inde eerſte* inueſtiture *ſtaet gementioneert, maer ſimpelijcke verlijt zijn, dat ſulcke leenen ghehouden ende ghereputeert vvorden voor Rechte leenen.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

leenen. Ende ſoo vvie ſuſtineren vvil eenich leen te vveſen onuerſterffelijck ſucceſſibel op dochteren ofte collaterale erffgenamen, dat incumbeert hem te proeuen, Dat dien volghende diuerſche leenen die niet verlijt vvaren, ten onuerſterffelijcke leene by den Graue van Hollant aengheuaert ſijn ghevveſt by faute van manhoir. Dat voorts naer rechte een prieſter ofte die geene die in ſacris es, *niet en mach beſitten eenighe leenen. Ende dat een Vaſal clerck vvordende zijn leen is verlieſende.*

Cum igitur actor filiorum numero non ſit, nec probet qua conuentionis lege ad Feudi ſucceſſionem admitti debeat, neceſſariò confici, eum ſine actione experiri.

Nec referre quod Cliuiæ Comites primi Feudum dederint: cum vt Feudum ſecundum Hollandiæ conſuetudinem cenſeatur, ſatis ſit in Hollandico ſolo ſitum eſſe.

Sic Feuda à Dominis Amſteliis, Cuyckiis, Puttenſibus aut Strienſibus primitus data, poſtquam eorum hominia ad Hollandiæ Comites deuoluta fuerint, naturam Feudi Hollandici eſſe ſortita, ſi lex alia initio Feudo poſita non probetur.

Sic & Feuda in Galliis, Burgundiâ, Flandriâ, viciniſque regionibus ab Epiſcopis aliiſue perſonis Eccleſiaſticis lociſue piis mota, eorundem Principum, ſæcularium legibus conſtitutionibuſque cenſeri ac regi ſolita.

Deinde Gerardum Hornium fratri Guilielmo in Feudo non ſucceſſiſſe: Verùm poſteaquam ſponte Feudum Hollandiæ moribus Cliuiæ Comiti commiſſum agnouiſſet; ægrè rogantibus amicis à Principe impetratum, rem in Feudum nouum legibuſq; nouis concedi, vt nempe vicenis hominibus nouus cliens Domino præliaturo, ſi quando moneretur, adeſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Cùmq; anno deinde DCCCXXXII Guilielmus Hanoniæ Hollandiæq; Comes Feudi huius hominium à Theodorico Cliuiæ comite comparaſſet, Et Gerardus Hornius circiter id temporis mortem cum vitâ commutaſſet: Non antè Guilielmum Hornium Gerardi filium Feudo Inueſtitum, quàm authenticis documentis ex archiuis Cliuenſibus prolatis Feudum verè virile, vulgo: *Een recht manleen* comprobaſſet: Cuius ea (vti iam commemoratum eſt) natura eſſet certiſſima, vt ſoli hæredes, id eſt, vltimi clientis filij eius ſucceſſores cenſeantur idonei.

Een recht Manleen.

Tametſi igitur ex aduerſarij ſententiâ ea Feudi à Cliuiæ comite dati ſimul & in ſolo Cliuico ſiti natura eſſe poſſit, vt frater fratri Feudi ſucceſſor ſit legitimus: Id tamen ſatis non eſſe, cùm idem quoque Iuris in eo Feudo probari neceſſe ſit, quod à Cliuiæ duce primitus datum in ſolo Hollandico conſiſtat.

Sed & ex eâ cauſsâ actorem Feudi huius ſucceſſorem minus idoneum cenſeri: Quod Deo dicati Feuda non modò delata non acquirant, ſed & antea quæſita hæc ſi cauſſa ſuperuenerit amitti ſoleant: Quippe cum arma ferre hiſce religio ſemper fuerit: Et Feudum hoc militaribus adſtringi officiis dictum ſit ſupra.

Replicatio.

Quibus viciſſim replicat actor: fruſtra Feudi Hollandici naturam diſcuti, cùm empti demum titulo Hollandicum eſſe cœperit: Et Iuris dominici, vel clientelæ alienatione Feudi natura priſtina, mutari non potuerit. Ne plus iuris in ceſſionarium tranſlatum quàm ipſe cedens habuerit, dici ſit neceſſe.

Feuda verò à dominis Amſteliis; Cuyckiis, Puttenſibus, & aliis primitus data, ſoli vſque fuiſſe Hollandici, vel pacto,

pacto, vt Feudi Hollandici naturam ſortirentur, conueniſſe.

Hoc autem ante eius diſtractionem Hollandiæ principem numquam agnouiſſe: fuiſſe namque in extremis Cliuiæ oris conſtitutum: Vt hac quoque ratione Heuſdenum, Bommelia, Tiela, Neomagumque cum vniuerſo agro, Cliuicæ fuiſſe ditionis, non inconcinnè credi videatur.

Deinde quòd Feudum virile aduerſarius adſerat; ex eo Hollandicum non eſſe, ſatis & ſuper conuinci: non modo quod dictio *manlehen* ne fando quidem Hollandis ſit cognita: Sed & quòd ea Feudi virilis (in locis vbi viget) ſit natura, vt agnati tranſuerſales (qualis haud dubiè conſanguineus eſt fratri) æque in Feudo atque deſcendentes, ordinis ratione ſeruatâ, ſuccedant: cum contra Hollandicum agnatos ſolum agnoſcat deſcendentes.

Sed nec virile eſſe, concedi; cum plures Feudi huius fœminæ ſucceſſores extiterint, quas recenſeri ſi cauſa poſtulet, difficile non foret: Idque non pacto aliquo eueniſſe: verum ex merâ Feudi Cliuici naturâ accidiſſe: quæ eſſet, vt maſculis non extantibus fœminæ ſuo ordine ad ſucceſſionem vocandæ ſint.

Poſtremò, non modò primis ordinibus initiatos, Feudi tum ſcripto, tum Cliuico Iure capaces cenſeri, ſed & preſbyterio dicatis inueſtituram non denegari, & quidem maximè ſi Feudum ſit genearchicum, nullique ſeruitio militari (vti hoc eſſet) obnoxium: Quæ nec actori in pluribus aliis Feudis, quibus Bruxellis à Principe eſſet inueſtitus, obiecta fuiſſet incapacitas.

Contrà duplicat reus Hollandiæ limites olim, vti & hodie, ſeſe Gelriam vſque extendiſſe; Hinc Feudi incolis ab Duplicatio rei.

 Hollan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Hollandæ Curiis ante hominum memoriam ius reddi ſolitum. Certè ni Hollandicum fuiſſet, non tanti, (puta bis mille quingentis libris Turonenſibus) Hollandiæ principes eius hominium, ſeu homagium ſibi comparatum voluiſſent.

Præterea Feudum Bauariæ ducum Alberti & Guilielmi temporibus fiſco ex clientis perfidia (qui bello traiectino Principem deſeruiſſet) commiſſum: à D. Iacoba Guilielmi filia poſt patris demum obitum, actoris maioribus, non reſtitutum, ſed ex integro, nulla Feudi hæreditarij mentione habita, datum: Vt ab illo ſaltem tempore Hollandico iure cenſeri neceſſe ſit: Quibus & illud accederet, quod Feudum ſæpius dotis, dotalitiique nomine, ſolius principis accedente conſenſu, obligatum fuiſſet: cum ſi vel Cliuicum vel ſacri fuiſſet imperij, non modo principis, ſed & agnatorum aſſenſum, interuenire oportuiſſe, iuris ſit certiſſimi.

Hiſce vltro citroque, ſcriptionibus mutuis, deductis, cauſæ ſtatus inficialiter conſtitutus fuit. Verùm cum quid vtrinque probatum ſit, conjecturis aſſequi non liceat; nihil certi definiri poteſt: Nec noſtri quoque inſtituti: Sed ſcripta tantùm fideliter referre, quò quid obſeruatu dignum, aliis liberum relinquatur iudicium. Hoc igitur ſatis ſit: Curiæ vtriuſque & Feudalis & Hollandiæ Prouincialis, ſententiâ (vtrique enim Maria Hongariæ Boëmiæque Regina, Imperatoris Caroli Q. ſoror, & pro eo Belgicarum Prouinciarum gubernatrix Generalis, cauſæ iuriſdictionem mandarat) Actorem more Maiorum ſuorum, in clientelæ ius Principes recipiendum eſſe pronuntiatum. *Data* XIII *Octob.* MDXXXVII.

Obſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Obſeruatio Octaua Decadis primæ.

Si feudi partes conſtitutæ non ſint, ſolidum primigenio, ex Feudi naturâ deferri.

D. MARIA Burgundica Hollandiæ Comes anno MCCCCLXXVI. Annæ Burgundicæ naturali Philippi ducis filiæ, terras alluuione accretas, nomine Sancti Odulphi vulgo *Geltgens plate*, ſub canone trecentorum nonaginta quatuor florenorum, in emphiteuſim ſimul & Feudum hæreditarium dedit.

Anna vero Burgundica anno MCCCCLXXXI. *ab Imperatore* Maximiliano Mariáque coniugibus liberâ de bonis ſuis teſtandi diſponendique impetrata veniâ: Eâque poſtea à Philippo Rege confirmatâ, terras eaſdem cum omnibus pertinentiis, Philippo Cliuenſi Domino Raueſtenio donatione inter viuos, reſeruato ſibi vſufructu, tranſcripſit: Qui ſi ſine liberis vitâ fungeretur, eidem, fratrem Philippum Burgundicum, (qui ſedi poſtea Epiſcopali Vltraiectinæ præfuit) ſubſtituit. poſt Philippi verò mortem, proximi quique, Balduinus puta Burgundicus alter donatricis frater naturalis, vel eo deficiente eius liberi, qui tum in viuis exiſtebant, eorumue ex Burgundico ſucceſſuri eſſent.

Quam cum donationem Anna Burgundica teſtamento primùm deinde & morte anno MDIX confirmaſſet: Balduinus prior vitâ defunctus fuit. Philippi deinde fato breui ſubſequuto, D. Raueſtenius annos duos de viginti re donatâ potitus, in fata conceſſit.

Cum

Cum ex ſubſtitutis ſuperſtites eſſent Philippus & Carolus Balduini Burgundici filij, & Ioannes Lanoius eiuſdem Balduini ex *filiâ nepos.*

Carolus & Ioannes, Philippo in Italia militiæ cauſâ degente, rem donatam in ternas diſpertiti ſunt partes, ita vt ſingulæ ſingulis attributæ ſint.

Cùmque Carolo portionis fraternæ decreta eſſet adminiſtratio, is Ioanni Lanoio vti gradu poſteriori, & ſuo & fratris Philippi nomine litem poſſeſſoriam coram Hollandiæ Curiâ mouit: Sed quò lis expeditior procederet, ea arbitris decidenda commiſſa fuit.

Hi cùm Ioanni Lanoio poſſeſſionem ſarctam tectam ſeruandam pronuntiaſſent.

Carolus Philippo fratri ex Italiâ reduci, plurium *annorum*, partis tertiæ rationes reddidit. Qui reliquationis acceptâ pecuniâ Carolum Ioannemque, eorum Curiâ Feudali acciri iuſſit, tertiamque Feudi à ſingulis partem, cum fructibus, inſtantiis ſingulis, vindicans: Intentionem metitur: Quòd Feudi ſucceſſio, Patriæ moribus, vni perpetuo deferenda ſit protogenio.

Quæ tametſi conſuetudo in legitimis tantum ſucceſſionibus vim ſuam exerere videatur: Attamen eam ad hanc quoque ſpeciem, ex veriſimili donationis mente referri, vt quæ præſumenda ſit diſpoſitionem ſuam patriæ conſuetudini, quæ in ſimili viget, conſentaneam reddere, interpretationemque ex eâ recipere voluiſſe.

Præterea cùm Feudi noſtratis natura ita comparata ſit, vt diuiſionem non recipiat: Niſi vel inter viuos Feudi partitio facta; vel libera à Principe teſtandi diſponendique facultas

cultas clienti ſit conceſſa, Tum enim, ſi partium diſpoſitio ſubſecuta fuerit, quod actum eſt ratum haberi: Sin partes conſtitutæ non ſint, ſucceſſionem ex Feudi naturâ vni tantum deferri. Iam vero cum nullas donatrix Feudi partes fecerit, haud dubiè cenſeri, eam nihil naturæ Feudali aduerſum diſpoſuiſſe, verum ſibi ſolidum ætatis prærogatiua delatum voluiſſe, & ordine tantum ſucceſſiuo reos ad Feudi ſucceſſionem eſſe vocandos.

Contrà excipiunt rei, Re pluribus coniunctim donatâ, diuiſionem ex æquis partibus fieri: At diuiſione ſemel rite recteque factâ, Arbitrorumque ſententiâ non obſcurè confirmatâ, abſque legitimâ prouocatione reſtitutioniſq; ope, poſt decennij lapſum quod actum eſt, conuelli non poſſe.

Fruſtra verò hic Hollandiæ conſuetudinem prætendi, cum naturalium ſeu illegitimorum Feudi ſucceſſio nulla ſit: hac occaſione patrem ſucceſſionis legitimæ incapacem, ad primigenium ſuccedendi ius tranſmittere non potuiſſe: eo etenim excluſo, omnes per eum coniunctos excluſos cenſeri: atq; eo magis quòd patri rei donatæ ſucceſſio numquam delata fuerit, vt qui Philippo patruo non ſuper vixerit.

Nec etiam videri Philippo patruo Feudum delatum, cum conditio qua D. Raueſtenio ſuperſtes eſſe debuerit, & in eius quoque perſonâ defecerit.

Sed & ſi in Philippi perſona extitiſſet, iſque Feudo potitus fuiſſet; quia tamen & eius natales vitioſi, conſequens eſſe, legitimam Feudi ſucceſſionem, nec ab eo ad agnatos tranſuerſales deferri potuiſſe.

Non etiam indiuiduã Feudi Hollandici naturã actori opitulari, cum Feudum ſit degenerãs, propriam Feudi naturam non habens: Propriæ etenim Feudi naturæ conuenire, vt ſit gratuitum: cauſsâ Feudi vero huius quotannis canonicã intercedere pecuniam, vt non minus res emphiteutica quàm Feudalis dici debeat: Rem etenim emphiteuticam pluribus communem reddi, interque plures diuidi poſſe, nulli in dubium venire.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Curia Feudalis, cauſsâ cognitâ, Feudi dodrantem cum fructibus à tempore Iudicij accepti perceptis, actori ſententiis binis addixit: Cæterum litium expenſis indictâ compenſatione. *Data* VI *Auguſti* MDXLI.

Obſeruatio nona Decadis primæ.

Indiuiduam Feudi Recti naturam, teſtamenti factione, non mutari.

IACOBVS Gallus teſtandi impetratâ facultate, Feudi Recti vſum fructũ filio Theodorico, Ioanni verò & Mechtildi ex eodem filio nepoti, neptique eiuſdem proprietatem teſtamento legauit: Eo defuncto, Franciſcus filius natu maior, poſt Feudi adeptam inueſtituram, poſſeſſionemque apprehenſam, à nepote & nepte in Ius, ſilente patre, vocatus fuit: Vtque vnà Fiſci procurator, ſi ſua intereſſe putaret, petitioni interceſſurus, ad diem adeſſet mandatum.

Cumq; die dictâ Iudicio vterq; occurreret reus: Actores ex teſtamẽto actione propoſitâ, vtile Feudi dominiũ, vel ſtatim à ſentẽtiâ latâ, vel à morte demũ patris, reſtitui poſtularunt.

Contra Patruus, præter diplomatis formam patri diſponere non licuiſſe: quam quandoquidẽ liquidò neglexiſſet, nullius quod egit, eſſe momenti: hanc etenim formam, diſertè è Principe patri præſcriptam, Ne ſi de Feudis malis, morteue interiturisdiſpoſiturus ſit, eorundem naturam, qualitatemq; vllâ ex parte mutaturus eſſet: Hoc autem de quo agitur Feudum, eam naturam ſortitum, vt clientis vnius morte, ſi ſine maſculâ prole extremum clauſerit diem, Domino aperiri poſſit, Ideoq; nec diuidi nec in partes vllâ ratione ſecari: verum ſolidum, omni repræſentatione ſemotâ, & fœminarum exclusâ ſucceſſione, proximo cuique primigenio cedere debeat. Idque indubitâ Hollandiæ conſuetudine, quam hiſce deſcribebat verbis, obſeruari:

Dat naer de coſtuyme van Hollant een Recht ofte quaet leen van ſynder

ſijnder natuyre ofte qualiteyt es indiuiſibel, ende onſpliſbaer: Ende ſuccedeert 'tſelue leen alleenlijcken opten outſten ende naeſten alſt open valt. Ende dat 'tſelue leen van ſijnder natuyre niet es ſucceſſibel aen kintskinderen: Iure repreſentationis: *ofte oock aen vrouvven.*

Cui cum & Fiſci procurator acceſſiſſet reſpõſioni, & actores incertum, quid, replicaſſent; patruus morbo correptus è viuis exceſſit. Tum Fiſcus Feudi, de more, apprehensâ poſſeſſione, ſuo Marte cauſæ reliquũ proſequutus, meritis mediiſque iam deductis, duplicationis loco inhæſit, Iudicandi porrò calculum Iudici porrigens. Cùmq; tantundem actores feciſſent; Ius vtrinque reddi petitum fuit.

Curia Feudalis, cauſsâ cognitâ, Fiſci procuratorem ab impetitione actorum abſoluit. *Data* XXV *Februarij*, Anno MDXLI. ſtilo Curiæ.

Obſeruatio decima Decadis primæ.

Feudum, coram duobus Curiæ Paribus abſenti validè tranſcribi.

IVSTVS Egberti filius, villam Feudalem, Iuſto Oudelandio creditori paterno abſenti, cum coram Curiæ Paribus duobus, ex arbitrorum ſententiâ, tranſcripſiſſet: Oudelandij curator literis tranſlatitiis principis Legato duobuſque aliis Paribus exhibitis, Feudo inueſtitus, eiuſdem poſſeſſionem apprehendit.

Iuſtus vero Egbertus aliquanto poſt, actus nullitatem cauſatus, curatorem in Ius coram Hollandiæ Curiâ prouinciali vocat: Verum Egberti mater auctoritatis nomine ſeſe liti offerens, fori præſcriptione oppoſitâ, cauſam collitiganteſque ad Principis Curiam Feudalẽ amandari obtinuit. Vbi cum, nouâ præeunte citatione, lis introducta eſſet: Egbertus ceſſionis nullitatem metiebatur, quod enuntiatiuis illis verbis coram Paribus prolatis minimè Feudi dominium à ſe abdicatum voluerit: Nec etiam eo modo, trãſcribi potuiſſe, cum nulla Feudi venditio, alienatione Patriæ moribus, ſubſiſtat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

quæ ab vtroque ſimul contrahente, coram Principis Legato eiuſque Paribus, celebrata non paruerit.

Hiſce mater axiomate planè cõtrario excepit; Feudi refutationem, alienationemq; in abſentem, coram duobus Paribus trãſcriptam ratam firmamq; ab omni æuo ſemper habitam. Quod fuſius paulo hiſce verbis ſentẽtiæ inſertũ legitur.

Dat de generale coſtuyme van Hollant contrarie es, als datmen alle leenen cederen ende tranſporteren mach voor tvve leenmannen ſonder de preſentie van den Stadthouder, ſonder oock de preſentie van den genen diemen eenighe ceſſie ofte tranſport doen vvil. Ende hebben de ſelue tranſporten, giften, ofte ceſſien volcomen macht, ende ſorteren effect in allen ſchijn of het voor den Stadthouder van den Graue ende ſijne leenmannen ghedaen vvare: Midts dat de ghetranſporteerde, ofte yemant uyt ſijnen naem als voocht, voor den voorſchreuen Stadthouder ende leenmannen comparere, den ſeluen vertoonende ſijn tranſport ghedaen voor leenmannen, doende ſijnen behoorlijcken eedt, ende andere deuoiren daer toe ſtaende.

Tametſi vero Egbertus, quòd vixdum vigeſimum ſextum excedens annum, Arbitris, *Anne Feudum æri paterno alieno obſtrictum foret*, commiſiſſet, reſcripto principali, reſtitui poſtulaſſet: Atque id ipſum nihilominus ætatis beneficium minus ſibi neceſſarium crediſſet.

Curia tamen Feudalis, libello ciuili reiecto, ream ab impetitione actoris abſoluit; Litis expenſis vtrinque compenſatis. *Data* XIX *Martij* MDXLII. ſtilo Curiæ Hollandiæ. Ita cenſentibus D. Gerardo Aſſendelphio Curiæ Feudalis legato, D. Gerardo Poelgeeſtio Equite, Magiſtris Iuſto Sasboutio & Cornelio Suſio. D. Giſelino Segens domino in Waſſenhouen Equite, M. Caſparo Hogelandio, & D. Andrea Bronchorſtio eiuſdem Curiæ Paribus.

Obſeruationum Feudiſticarum decadis primæ

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

De Feudi Iuris ſcripti

HOLLANDICI, WESTFRISICIQVE, SVCCESSIONE.

Auctore

CORNELIO NEOSTADIO,
Domino in Sevenhouen;

Supremæ Hollandiæ, Zelandiæ, VVeſtfriſiæque Curiæ Senatore primario; Academiæque Lugdunenſis in Batavis Curatore.

De origine Feudi Hollandici Weſtfriſicique

CAPVT PRIMVM.

Summa.

Bataviæ noſtræ Principes diu nullo externo vſi milite, bella fœliciter geſſerunt. Num. 1.
Feuda quo ſimul Principi & ſubditis ſubſerviant, inventa. 2.
Clientis ad bellum promptitudo, Feudi penſitatio. 3.
Cliens, iuratæ fidei religione, Patrono adſtringitur: Contrà, patronus dominicum patrocinium iniuratus præſtat. 4.
Prima Feuda ex Allodiis Principis. 5.
Feuda bellorum neceſſitate comparata. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Feudorum noſtratium initia & progreſſus. 7.
Vaſalli ſibi certatim Valvaſores conciliant. 8.
Clientelarium multitudo, ſeditionum fomes. 9.
Nobilium mutua æmulatio, in exitium Reip. converſa. 10.
Tenuiores, patronos ſibi deligere, neceſſe habent. 11.
Plurimi clientes patronis proprios fundos eâ fiduciâ tranſcribunt, ut mox, directo retento dominio, utile, cum nexu fidelitatis, recipiant. 12.
Nobilium factiones ipſis Principibus formidoloſæ. 13.
Gens Hollandica longo bellorum uſu exercita. 14.
Hollandiæ VVeſtfriſiæque ſolum naturâ depreſſum ac uliginoſum. 15.
Difficiles invaſuro aditus oſtentat. 16.
Hollandiæ VVeſtfriſiæque ſubditi dulcedine deliniendi. 17.
Carolus Q. ſervitia militaria remiſiſſe dicitur. 18.
Fundi clientelares olim à functionibus publicis immunes, hodie patrimonialibus adæquati. 19.

HOLLANDIÆ, Zelandiæ, Weſtfriſiæque Principes aliquamdiu terrâ mariq;, nullo externo uſi milite, abundè ſuis ſuorumque viribus confiſi, non minus fortiter, quàm fœliciter, collatis comminus ſignis, bella adminiſtrarunt. [1]

Cæterum quum ipſa virtus, amara alioqui per ſe atque aſpera, præmiis excitanda videretur, ſimul uti fiſco ac Reip. conſuleretur, [2] rationem excogitari placuit, quâ ex veteri Langobardorum conſuetudine, ſub certâ quadam Feudalitiæ neceſſitudinis lege, hoc eſt, mutuæ inter dominicum patrocinium, ac fiduciariam cliẽtelam, veluti pactionis nexu, Beneficiarij inſtituerentur; qui conceptis verbis, interpoſitâ juratæ fidei religione, pro Beneficio accepto Patrono ſuo militarem operam præberent navarentq;: [3] ut ſcilicet quoties uſus poſceret, parati, in armis eſſent; id quod Jure Feu-

diſtico

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

diſtico proprium Feudatariorum munus atque officium eſt: Quibus Patronus rurſum faventiæ ſuæ patrocinium, nullumque non dominicæ benevolentiæ hoſtimentum præſtare, quamvis injuratus, damnas eſſet. [4]

Proinde uti quiſque in prælio ſtrenuiſſimè rem geſſiſſet, vel ſpem animi non degenerantis, bellicæque virtutis opinionem de ſe præberet; ita iiſdem honorarij loco non modò militares præfecturas, Marchias puta, ſive Comitatus limitaneos, Baronatuſque, ac Toparchias, ſed arces etiam, villaſque, ſive prædia vel urbana vel ruſtica Principes Feudi nomine attribuerunt, & quidem ex ſuis agris atque patrimoniis, quæ Allodia vulgo appellantur, [5] in pace decus, in bello præſidium habituri: eo modo rati fore, uti ſubditi quoties claſſicum inſonuiſſet, & promptiores ſimul ad militiæ munia atque imperata exequenda, & fideliores ſibi porrò in perpetuum redderentur, tantis præſertim auctoramentis dominico nomini obſtricti atque obligati; attentius etiam (id quod Alexander ille Aug. dicere ſolitus) militaturi, ſi ſua etiam rura defenſitare cogerentur. Etenim hoc neceſſitudinis genus, jam inde ab initio bellorum magis, [6] quam pacis atque otij cauſsâ, comparatum fuiſſe atque inſtitutum quis neſcit?

Ælius Lampridius in vita Alexandri Severi.

Ex quo tempore Langobardici illi Vaſſorum Vaſallorumque Tituli, ac tot nova rerum Feudiſticarum vocabula in honorem adduci primitus, mox blandiente novitatis gratiâ, ſenſim ſolenni conſuetudine firmari ac conſtabiliri, poſtremò etiam ad poſteros tranſmitti porrò ac propagari cœpta denique. [7]

Cumque uſus paulatim inoleviſſet ut hi Vaſalli certatim ſibi quiſque Valvaſores, ſive Subvaſallos, per ſpeciem benevolentiæ, conciliarent: [8] quò juſtis demum copiis ſuffulti, frequentes, ad ſigna acciti, convolare, animique promptitudinem

tudinem ac fidelitatem Principi in agmine vel acie, hoc eſt factis potius quàm dictis, approbare poſſent, proviſo armorum apparatu, hoſti metum; ſuis porro fiduciam, addituri.

Cæterum ea res novarum ſeditionum fomes extitit, [9] eoque licentiæ proceſſum, ut potentiores non tam Principis auxiliandi ſtudio, quàm privatis injuriis perſequendis, magnam ſibi clientelarium manum adjungerent.

Auctæ exinde inteſtinæ nobilium factiones, & partium ſtudia, mutuâ æmulatione in exitium inſontis Reip. converſa, [10] dum ferociſſimus quiſque oppreſſione tenuiorum, viam ſibi ad Tyrannidem munit.

Alij contrà, diuturnæ violentiæ pertæſi majorum quaſi gentium patronos ſibi deligere neceſſe habent, [11] dominicam potentiam in re turbida, pro munimento habituri.

Unde titulis Feudiſticis, Vaſallis, ac Valuaſinis compleri paſſim civitates, pagi, municipia.

Et cum prædiorum defectu, fundi quos clientibus in Feudum darent, patronis non ſuppeterent, plurimi clientes reperti ſunt, qui hæredia ſua, ac fundos proprios alienis dominis tranſcriberent, quos tamen eveſtigiò ab iiſdem mutuæ fidei, ac clientelæ nexu, reciperent. [12]

Quæ res cum novandis rebus haud parum ſane oportuna videretur; tandem ipſis quoq; Principibus formidoloſa eſſe cæpit, [13] veritis haud dubie, ne gens in re militari longo bellorum uſu exercita, [14] ſimul ingenio ſoli, quod natura depreſſum eſt ac uliginoſum, [15] tum incilibus paſſim, foſſis, lacubuſque, ac paludibus interſciſſum, haud ſanè faciles invaſuro aditus oſtentat, confiſa, ad turbas, ac ſeditionum præmia converteret.

Itaque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Itaque cum ſubditi paulatim dulcedine deliniendi eſſent, 17 Neque huic conſilio alia via oportunior videretur, quàm ſi Principes gratiam officiorum militarium Vaſallis facerẽt, quo ſimul eadem poſcendi à ſuis Valuaſoribus & Valuaſinis, omnes ademptæ occaſiones forent: *Imperator Carolus Quintus edicto perpetuo*, anno milleſimo quingenteſimo decimo octavo, ut fertur, *officia hæc militaria, vulgo Servitia dicta, in univerſum abrogavit, Vaſalliſque omnibus remiſit.*

Eâ tamen lege, ut fundi clientelares functionibus publicis (quibus hactenus immunes fuiſſent) in poſterum, non ſecus atque patrimoniales, obnoxii exiſterent.

De Feudo Hollandico Recto.

Capvt Secvndvm.

Duo Hollandicorum Feudorum genera Num. 1.
Rectum quid. 2.
Feudum quale ſit inveſtitura indicat. 3.
Si Feudi qualitas non appareat, Rectum præſumitur. 4.
Quando Feuda Hollandica Recta originem ceperint. 5.
Feuda Mediolanenſia primæva, uni filiorum, optione domini delata. 6.
Filius protogenius optione quaſi perpetua, fratribus præfertur. 7.

DVo ex hiſce, per armorum neceſſitatem Feudorum genera parta eſſe conſtat: quorum alterum ex Principis ipſius patrimonio; alterum ab ipſis ſubditis originem ſuam traxit.

Quod ab ipſo Principe ex ipſius patrimonio ſubditis conceſſum eſt, id Feudi recti, veri ſeu proprii nomen ut plurimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

mum obtinuit: Rectum enim dicitur quod neque legis ullius, neque pactionis alicujus neceſſitate circumſcribitur. [2]

Rectum vero Feudum inveſtituræ Verbis exprimi conſuevit. [3]

Hiſce verbis, *voor hem ende zijnen erfuen, tot een Recht leen.*

Sed etiamſi cujuſmodi Feudi genus, ſit nullibi Inveſtituræ tabulis expreſſum appareat; Feudum tamen Rectum in quæſtione præſumitur. [4]

Denique Feuda Hollandica recta, ea tempeſtate ſuborta eſſe, [5] cum Feudi Mediolanenſis ſucceſſio arctioribus etiamnum concluſa finibus, rectam tantummodo lineam ſequeretur, & uni filiorum quem Dominus optaret, deferretur, [6] ex eo argui convincique poteſt, quod eadem illa ſucceſſio ad hæc uſque tempora invaluerit: Niſi quod filius primigenius, optione quaſi perpetuâ cæteris fratribus in Feudi ſucceſſione nuſquam non præferatur. [7]

De Feudi Recti ſucceſsione:

CAPVT TERTIVM.

Prima Feudi Recti ſucceſſio filio qui ſub mortem patris primigenius eſt, defertur. 1.
Secunda nepoti agnato. 2.
Primigenius ex filio juniore præfertur nepoti minori, ex filio natu majori prognato. 3.
Repreſentationi in Feudis locus non eſt. 4.
Tertia, pronepoti, & ita deinceps. 5.
Agnatis virilis ſexus deficientibus, deficit & Feudi recti ſucceſſio. 6.
Feudum pro filiis & filiabus acceptum, ultimi Vaſalli filiis deficientibus, filiæ ſuccedunt primigeniæ. 7.

Filiabus

Filiabus viciſſim ſuccedunt filij, inque rectâ lineâ, cæteri: 8.
Natura Feudi gratuita. 9.
Feudi Recti æſtimatio uti Iure ſcripto cohæredibus non confertur. 10.
Feudum Rectum, omiſſa hæreditate, ſi inventarium conſcribatur retineri poteſt. 11.
Vbi Feudi conſuetudo incerta eſt, auctoritatem primum Iuris Feudalis ſcripti, deinde legum Romanarum, ſequimur. 12.

FEVDI igitur recti ſucceſſio ita procedit, ut prima filio debeatur primigenio, ei ſcilicet qui ſub mortem patris cui ſucceſſurus, reliquos ætate antecedit. [1]

Sin filij defuerint primævi, ſuccedant *nepotes:* [2] nec refert ſintne nepotes ex filio majore, an natu aliquo minore progeniti [3] Repræſentationi namque in Feudis locus non eſt. [4]

Eâdem ratione ſi nulli defuncto ſuperſint Nepotes, ſucceſſuri ſunt ejuſdem ex filiis Pronepotes, atque ita deinceps porrò cæteri. [5]

Deficientibus vero virilis ſexus hæredibus, ſive ſucceſſoribus, Feudum caduci Juris Titulo, Principi ſive Domino committitur. [6]

Niſi diſertim filiarum etiam ſucceſſio in dominicis primęvæ inveſtituræ tabulis, fuerit expreſſa; Tum enim ob propriam Feudi recti naturã, ex pactionis formâ immutatam, filias primigenias Principi, vel Domino, anteferri oportebit. [7]

Et poſt eas, qui iiſdem legitimo Jure ordineq; ſucceſſuri: Ita tamen ut mares ſemper quoad ultimi ſucceſſoris recta linea defecerit, ſequiori ſexui, anteponi, jus faſque ſit. [8]

Cæterum an primigenius, fratribus, cohæredibuſq;, Feudi Recti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Recti æſtimationem conferre debeat, ſi in controverſiam vocetur: Eorum ſententiæ ex auctoritate Iuris ſcripti ſubſcribimus qui, quum ex gratuitâ ipſius Feudi naturâ, [9] nihil parentis defuncti ſubſtantiæ deceſſerit, conferre oportere negant. [10]

Poſtremò iſtud etiam in ambiguam quæſtionem trahi ſolet, Utrumne filius, qui paternam hæreditatem repudiaverit, poſſeſſionem Feudi Recti retinere queat, nec ne? Et retinere poſſe, ſi idem rerum paternarum indicem (inventarium quem vocant) conſcribi curaverit, [11] ex ejuſdem jam memorati Juris Feudiſtici auctoritate, defendi poterit.

De Feudo Hollandico hæreditario.

CAPUT QUARTUM.

Alterum Feudi genus, conditionatum, propriam Feudi naturam non habens. 1.

Pacto propria Feudi natura mutata Feudum remanet: At ſubſtantiâ mutatâ, Feudi nomen amittit. 2.

Feudi qualitas, in aliquo tantum, mutata, in cæteris Feudi Recti naturam firmam retinet. 3.

Feudum hæreditarium, à potiſſimâ ſucceſſionis lege, hæreditarij nomen ſortitum. 4.

Aliud Feudiſtis, aliud nobis, Feudum hæreditarium. 5.

Iure Feudali ſcripto, hæredum nomine, ſoli filij, & ex iis nepotes, cæterique virilis ſexus, veniunt. 6.

Feudum hæreditarium Iuris ſcripti, ſatis cum Feudo Hollandico Recto, convenit. 7.

Iure Feudali noſtro, hæredum nomine, omnes propinqui qui quandoq; hæredes eſſe poſſunt, comprehenduntur. 8.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Hinc Feudi Boni quoque nomen. 9.
Illinc Feudi Recti nomen malum. 10.
Non ſemper idem Feudi ſucceſſor, & hæres. 11.
Sola ſucceſſionis ſpes Feudum hæreditarium facit. 12.
Qui defunctum ſine hærede decedere patitur, Feudo cenſetur indignus. 13.
Alio hæreditatem adeunte prior Feudum retinet. 14.
Sed ſi hæres locuples non ſit, vel Inventarij beneficium implorarit, Feudum in ſubſidium creditoribus cedit. 15.

ALTERVM vero Feudi genus quod ex clientis ipſius bonis (rei proprietate, fiduciarii juris titulo in principem tranſlatâ originem cepiſſe dictum eſt, cum propriam Feudi naturam pacto mutatam habeat, Rectum dici non poteſt: ſed potius conditionatum, vel quod propriam Feudi naturam non habet. [1]

Pactis ſiquidem propriam Feudi naturam mutare licet: Subſtantiam non item. [2]

Et Feudi qualitas in certis tantum ſpeciebus mutata in cæteris Feudi recti naturam retinet. [3]

Sed enim quo facilius ac planius diverſiſſima à ſuperiori Feudo ſucceſſionis conditio, ſtatim ex ipſius Feudi vocabulo innoteſceret, ab ipſa ſucceſſionis lege quâ cunctos Feudi iſtiuſce hæredes idoneos ſucceſſores fieri placuit, hæreditarium Feudum nuncupatum fuit. [4] Non eo tamen intellectu quo Feudiſtis hæreditarium dicitur, [5] in quo hæredes omnes ſcilicet & quidem ſoli hoc eſt filij & qui filiorum obtinent vicem ſuccedunt, [6] Id enim cum priori recto ſatis convenit, [7] excepto quod ipſius ſucceſſio hæredum tantum uni, ut dictum, defertur.

Natura igitur Feudi hæreditarij ex ipsâ lege Feudo adſcriptâ ea eſſe dignoſcitur, ut cõſanguinei omnes qui patrio jure hæredes quandoq; eſſe poterunt, ad ejus ſucceſſionem vocandi ſint, [8] Nec niſi iis demum omnibus deficientibus caduci Jure Principi aperiatur.

Investituræ formula noſtroidiomate hæc eſt. *Voor hem zijnẽ erfue ende nacomelinghen tot een onverſterfſelijck erfleen:* Et ex veteri formulâ: *Binnen achter ſuſters kinderen niet te verſterfuen: Gaende altijt de Ionger man voor het ouder vvijf, daer ſy even na zijn.*

Id quod ex ipsâ quoque Inveſtituræ formulâ manifeſtius eluceſcit, quâ res aliqua beneficiaria Vaſallo pro ſe proque hæredibus ſuis, ac ſuceſſoribus, ſeu poſt venturis in bonum, neque ullo tempore intermoriturum Feudum, conceptiſſimis verbis, dari pronuntiatur: Vel quia res ex antiquioris formulæ ſententia, in Feudum infra ſobrinas ſeu ſororum neptes non intermoriturum Vaſallo traditur. Quod eo ſenſu dictum intelligi debet, ut quamdiu aliquis exiſtit qui vel remotiſſimâ ſobrinarum cognatione defunctum contingens in vacuum ſuccedere poſſit, ad Feudi ſucceſſionem Domino aditus non pateſiat. [9]

Eaque eſt cauſa quamobrem Feudi boni nomine vulgo vocitetur: ſicuti econtrà Feudum rectum ob contractiores, hoc eſt, anguſtiore gyro coarctatos ſucceſſionis ejus limites, ac præproperam nimis in Ius Dominici Fiſci reverſionem, mali Feudi appellatione inſignitur. [10]

Quod autem ex Inveſtituræ formulâ Feudum pro hæredibus & poſteris accipi dicitur; id verò ita accipiendum non eſt, ut ſoli ſemper hæredes ad iſtiuſmodi Feudi ſucceſſionẽ neceſſariò vocari debeant: fit enim aliquando ut alius hæres, alius Feudi ſucceſſor & quidem legitimus exiſtat. [11]

Sed ſatis eſt ut Feudi ſucceſſor ſuo quandoque ordine hæres eſſe poſſit.

Sola igitur potentia Feudum hæreditarium facit: [12] Et qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

qui eam à ſe qualitatem abdicat Feudi capax amplius non eſt:[13] hinc hæreditate omiſsâ Feudum nemo retinet. Niſi tamẽ ex ſucceſſorio edicto alius hæreditatem adeat,[14] tum enim ſi defuncti creditoribus ſatisfiat, Feudum licitè à ſucceſſore legitimo retineri poteſt. Cum enim Feudum in ſubſidium tantùm, cæteris rebus hæreditariis excuſſis, haſtæ ſubmitti poſſit, nulla creditoribus injuria fieri dicitur, qui ſuum aliunde conſequi poſſunt.[15]

Sed cum Feudi tum Juris ſcripti tum Hollandici, alia novi, alia antiqui, ſeu paterni, ſit ſucceſſio; operæpretium fuerit prius utriuſque Feudi novi ſucceſſionis ſeriem, deinde Feudi paterni ſeu antiqui, quàm breviſſimè perſtringi.

De ſucceſsione Feudi Novi.

CAPVT QVINTVM.

Feudum novum quid. 1.
Feudi Iuris ſcripti initio ſucceſſio nulla. 2.
Poſt cæpit in annum concedi, & ſingulis annis tacitè vel expreſsè renovari. 3.
Deinde ad vitam concedi. 4.
Tandem ad unum ex filijs, quem patronus optaret, pervenire. 5.
Denique ad omnes filios ſimul. 6.
Poſtremò etiam ad nepotes, liberoſq́; mares, in infinitum. 7.
Prima Iuris ſcripti defertur ſucceſſio, filijs ſuis & emancipatis: Item nepotibus cæteriſque in ſtirpes. 8.
At Iure patrio horum primigeniis eadem fœminarum quoque, poſt mares inter ſe habitâ ratione. 9.
Mas ubique fœminæ, origine non attentâ, præfertur. 10.
Feudi gratuiti nulla collatio. 11.
Precio dato, tantum reſtituit filius, quantum patrimonio deceſſit. 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Filius, ex cauſsâ, à patre donata cohæredibus confert. 13.
Dum Feudum pater, non minus filio acquirit, quam ſibi, filium patri negotiorum geſtione obligari neceſſe eſt. 14.
Filius, actione negotiorum, ad preciȷ reſtitutionem tenetur. 15.
Sed & hæreditarias actiones exercere prohibetur. 16.
Filius preciȷ portionem hæreditariam, non reſtituit. 17.
Preciȷ partem, uxor à filio actione negotȷ geſti repetit. 18.
Vxor ſoluto matrimonio, pro parte tantum æris alieni à marito contracti, conveniri poteſt. 19.
Vti maritus ſoluto matrimonio in ſolidum obligatus permanet, ita & ejus hæredes in ſolidum tenentur: Sed ſi ſolidum ſolverint, ſemiſſem ab uxore condicunt. 20.
Prima diviſio actionum eſt inter uxorem & defuncti hæredes: Secunda hæredum inter ſe; ipſo jure, fit diviſio. 21.
Vxor communi dividundo cum Feudi ſucceſſore ad preciȷ ſemiſſem agere poteſt. 22.
Maritus quicquid acquirit, in commune redigere tenetur. 23.
Feudi fructus, communioni acquiruntur. 24.
Feudi fructus, preciȷ compenſatione dividuntur. 25.
Iuriſdictione in Feudum datâ, cui jus alluvionis adhæreat: quod aggere cingitur Feudale amplius non eſt. 26.
Iuris alluvionis fructus, quis. 27.
Feudi fructus per ſe non allodȷ jure cenſentur. 28.
Alluvio Feudalis aggere cincta, mariti hæredibus cedit, parte tamen preciȷ, & emponematum, uxori reſtitutâ. 29.
Si aggeris cinctione nondum perfectâ, maritus deceſſerit, incrementum Feudi jure cenſetur. 30.
Precium ſolidè à defuncto non ſolutum, ſucceſſor perficit. 31.
Venditori, adverſus defuncti hæredes preciȷ cauſa actio datur: Hi quod ſolvunt, indemnitatis judicio repetunt. 32.
Feuda poſterorum cauſa comparata. 33.
Frater quia ex poſteris non eſt, in Feudo non ſuccedit. 34.
Pater duplici ratione à Feudi ſucceſſione removetur. 35.
Ex pacto uti frater ſic & pater ſuccedit. 36.

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Si Feudum ex communibus bonis ſit domino ſciente comparatum, frater fratri ſuccedit. 37.
Item ſi ex propriâ pecuniâ, communi nomine. 38.
Secus ſi proprio nomine ex communi pecuniâ. 39.
Rei individuæ, frater fratri ſucceſſor. 40.
Sed domino partis æſtimationem, ſi Feudi pars minor defuncti fuerit, præſtat. 41.
Sin major: ſolidum Feudum vindicat dominus. 42.
Succeſſio à collaterali initium habens ultra gradum ſeptimum non porrigitur. 43.
In deſcendenti lineâ in infinitum ſeſe extendit. 44.
Prima Feudi ſucceſſio ex Iure patriæ, ſecunda ex Iure ſcripto, tertia ex antiquatis aſingicis & ſcabinicis legibus petenda. 45.
Secunda ſucceſſio promiſcuè fratrum, tum agnatorum, tum cognatorum ætatis tantum defunctione habitâ. 46.
Poſt fratres ſoror ſuccedit primigenia. 47.
Deinde nepos, tandem neptis, pronepos proneptis cæterique pro ſexus ætatiſque dignitate. 48.
Rerum donatarum inter collaterales collatio nulla: Ergo nec precij Feudi cauſsâ ſoluti. 49.
Filio Feudi proprietas cum ipsâ conſtitutione, poſſeſſio per mortem demum patris acquiritur. 50.
Feudum in hæreditate quidem eſt, at res hæreditaria non item. 51.
Hæreditas titulo univerſali defertur, Feudū ſingulari acquiritur. 52.
Non idem ſemper Feudi ſucceſſor, qui hæres. 53.
Dum frater Feudi eſt ſucceſſor, potentes hæredes eſſe non deſinunt. 54.
Politica Ordinum conſtitutio, ſucceſſioni Feudali nihil derogat. 55.
Vterino fratre hærede, fratris conſanguinei filius, aliuſve paterni generis remotior, Feudi ſucceſſor exiſtit legitimus. 56.
Vbi patruus ex aſſe hæres eſt, fratris nepos, Feudi novi ſucceſſor legitimus. 57.
Defuncti uxor, vel actione rei utiliter marito geſtæ, vel communi dividundo precij partem, quanti Feudum vænit, conſequitur. 58.
Qui Feudum comparat, non tam hæredem precij non ſoluti cauſsâ,

 quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

quàm Feudi ſucceſſorem cujus negotium gerit, obligare velle, præſumitur. 59.
Feudum nondum traditum, ſucceſſorem legitimum ſequitur. 60.
Feudi ſucceſſor à prima inveſtitura proprietatem à domino quaſi traditam habet. 61.
Hæc ei non niſi refutatione adimi potuit. 62.
Feudi emptor actione hæreditariâ, precium perſequitur. 63.
Feudi ſucceſſor ex minimâ parte hæres ad Feudi venditi traditionem cogi poteſt. 64.
Succeſſor ad Feudi traditionem adactus, quanti ſua intereſt traditum non eſſe, à cohæredibus repetit. 65.
In locis Iuris ſcabinici, ſi uterque parens in vivis ſit, ſolus pater Feudi ſucceſſor. 66.
Feudum Hollandicum Iuris individui & conſortis impatiens. 67.
Pater, matri, cujus cauſa ſucceſſor exiſtit, precij partem cõmunicat. 68
In locis Iuris Aſingici, pater ſuo Iure in Feudo ſuccedens, uxori precij partem non tribuit. 69.
Mater ad complementum agit, ſi legitimæ fraus fiat. 70.
Matri quandoque, ſi ex aſſe hæres eſt, Feudum defertur. 71.
Poſt parentes, patruus avunculuſve natu major ſuccedit. 72.
Eâdem ratione & amita materterave. 73.
Deinde & eorum deſcendentes. 74.
Avita deficiente lineâ, ipſimet avi aviæque, ſuo ſuccedunt ordine. 75.
Hi ſi deſint, in proavorum ſuccedit lineâ patruus avunculuſve magni. Deinde amita, materterave magnæ; & qui ex his oriundi. 76.
Cognatione deficiente, Feudum domino aperîtur, fiſco excluſo. 77.
Vxor, quòd hæredis qualitate caret, à Feudo ſubmovetur. 78.
Filij legitimati per ſubſequens matrimonium perinde ut legitimi & naturales in Feudo tum novo tum paterno ſuccedunt. 79.
Principis reſcripto legitimati in Feudo non ſuccedunt; niſi nominatim id à principe impetraverint. 80.
Legitimationi propinquorum conſenſus neceſſarius non eſt. 81.
Adhibitus tamen, legitimatis, eorum juxtà ac parentis, hæreditatem tribuit.

FEVDVM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

FEVDVM novum eſt, quod à Principe ipſiuſve Vaſallo datum alius nemo deceſſorum acquirentis antea poſſedit. [1]

Ac in primis Feudi Juris ſcripti ſucceſſio vel nulla, [2] vel admodum tenuis fuit: Initio enim qui quid Jure Feudi poſſidebant, temporarij tantum poſſeſſores erant. mutatâ namque voluntate domino quandocunque Feudum revocare licebat. Poſt cœpit in annum tantum concedi, & ſingulis annis renovari vel re ipsâ vel patientiâ. [3] Sic & Precarium, ad tempus conſtitutum, & Locatio Conductio patientiâ renovatur. Deinde Feudum concedi cæpit quoad Vaſallus viveret: [4] Paulatim porrò, ne morte Vaſalli finiretur, ſed ad unum ex filiis primum quem dominus optaret, [5] deinde & ad omnes filios ſimul deferri obtinuit. [6] Quod cum poſtea *Conradus Imp.* ad nepotes ex filio produxiſſet, uſus recepit ut & ad liberos mares Feuda in infinitum tranſirent. [7]

Feudi igitur Juris ſcripti novi prima ſucceſſio defertur filiis, ſive ſui ſint ſive emancipati: Cum iis concurrunt & liberi cæteri, diſpari in gradu conſtituti: Sed filij in capita: Cæteri verò ſexus virilis agnati parentum ſuorum locum referentes, in ſtirpes ſuccedunt. [8]

At Feudi Hollandici novi prima ſucceſſio filio defertur primigenio: Secunda filiæ natu majori: Tertia ex filio filiâve nepoti. Quarta nepti: atq; ita porro: deinceps cæteris agnatis, cognatiſve: Sexus ſemper, gradus, ætatiſque, non etiam originis diſcrimine ſervato. [9]

*Unde ſi nepos ex filiâ, nepotem ex filio, ætate ſuperet, origine non attentâ, nepos ex filiâ Feudo potietur. [10]

*Vulgo etenim hæc abſque exceptione increbuit parœmia: *D'outſte op ſtraet, de naeſte in graed', mans voor vrouvven, ſiet men altijt een Hollants leen behouden.*

Sed ſi mas ulteriori gradu ſit conſtitutus, natu minor qui gradu prior eſt, vel etiam fœmina, haud dubiè præferetur.

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

An vero filius aliuſve in deſcendenti linea, Feudi novi æſtimationem cohæredibus conferat, quæritur. Et non conferre, ſi Feudum ſit gratuitum, Juris ſcripti ratio dictat. [11]

Sin autem pretij alicujus repræſentatio intervenerit; vel acquirentis patrimonium Feudi cauſa diminutum fuerit: quantum exinde patrimonio deceſſit, tantum communi hæreditati reſtituendum eſſe, æquitas poſtulat. [12]

Cum enim filius ea, quæ à parentibus accepit, cohæredibus æqualitatis ſervandæ cauſâ conferat, [13] precium quoque filij nomine à patre perſolutum in commune conferri, rationi conſentaneum videtur.

Patrem autem filij nomine precium ſolviſſe ex eo liquere poteſt, quod Feudum Parens filio non minus quàm ſibi acquiſierit: [14] Simul etenim Feudum ſucceſſoribus omnibus primæ Inveſtituræ beneficio acquiri, Juris comprobat auctoritas.

Precij igitur ſolutio, ſi non donandi animo à Patre facta probetur, actionem rei utiliter geſtæ pariet: [15] in tantum, ut filius quoque hæreditariæ actionis Jure excludatur, donec ultrò oblata pretij ſolutione, de communi cohæredum omnium conſenſu, in familiæ erciſcundæ partem admiſſus fuerit, receptuſque. [16]

Sic tamen ut ſucceſſor iſte Feudalis, non in ſolidum, neq; ultrà reſtitutionem ejus precij, quod hæreditariæ ſuæ portioni ſuperfuerit teneatur. [17]

Supereſt autem non ſolum precij pars cohæredibus debita: Sed & ea pecunia, quæ uxori cum Feudum compararetur communis pro parte ipſius fuerat: proinde hanc uxor

eâdem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

eâdem actione, quâ filius patri devinctus fuit, condicet. [18] Vti enim uxor ſoluto Matrimonio ex contractu mariti pro parte rectè conveniri poteſt, [19] manentibus nihilominus defuncti hæredibus in ſolidum obligatis: [20] Ita & vice verſâ uxor cum mariti debitoribus Jure pro parte [21] experiri non prohibetur.

Neque tantum hac negotiorum geſtorum actione, ſed & communi dividundo judicio, uxor precij ſemiſſem, à Feudi ſucceſſore exigere poterit. [22]

Cum enim omne quod maritus acquirit in commune redigendum ſit, [23] Feudum quoq; in commune redigi oportuit: Quod quoniam expreſsè non fecit, (ſiquidem communi tam ſuo quàm conjugis nomine Feudi Inveſtituram impetrare debuerat) ſaltem rei emolumẽtum, ſeu fructus communioni acquiſivit: [24] Hos igitur (cum rei individuæ inhæreant) commodius dividi non poſſe, quàm precij, quanti vænit, ſolenni compenſatione uſu receptum eſt. [25]

Sed quid ſi Juriſdictio, reſve aliò cui Jus alluvionis acceſſerit in Feudum ſit data, Jure: Deinde flumen tantum diſtrictui fundove latenti incremento adjecerit, ut pars magna aggere marino cincta jam diu culturæ ſervierit: Anne eâdem fructuum compenſatione, diviſio inter uxorem & Feudi ſucceſſorem ineunda ſit? Et non ineundam ratio dictat. [26] Cum enim alius alluvionis fructus non ſit, quàm ut terra adjecta, vel paſcua ſit, vel culturæ uſui reddatur idonea, [27] & Feudi fructus Jure allodiali cenſendi ſint: [28] Conſequens erit, novalia hæc, uti alluvionis fructus, communioni cedere: ac proinde ex æquo dividi oportere.

Secus ſi ipſa alluvio Feudi nomine ſit comparata; tum enim Novalia ejuſdem cum alluvione Juris permanere, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

conſequenter fructuum hac compenſatione habitâ, mariti hæredibus cedere, rationis eſt; neque tantum precij cauſsâ, ſed & ſumptuum in aggeris extructionem impenſorum: uti & meliorationum cæterarum, ſi quę ſint quæ cauſſam perpetuam habeant.

Sed quid ſi pars alluvionis reliqua, aggerationi ſit matura, & mors Vaſallum præoccupet? Tum certè, cum rei facies mutata non ſit, nec æſtus maris maximus per univerſum terræ incrementum excurrere deſinat: Mirum non videbitur, ſi fructuum pendentium inſtar terra accreta Feudi naturam uſque retinuerit.

Niſi forte quis rem ad normam Juris ſcripti redigens, marito poſt Kalend. Martias vitâ functo adſerat quantum ante Auguſtum menſem, incrementi aggeris marini cinctione, adverſus maximos maris æſtus incluſum fuerit, tantum fructuum nomine uxori cedere.

Quod ſi precium à defuncto ſolidè perſolutum non ſit, vel Feudum pignoris nexu obligatum fuerit, res cum ſuo onere ad ſucceſſorem tranſibit.

Et ſi creditor quod pretio deeſt, actione hæreditaria à ſingulis hæredibus exegerit, ſolutum repetere à Feudi ſucceſſore, Indemnitatis Judicio cohæredibus libera dabitur facultas. [32]

Poſt liberos cum poſterorum cauſsâ Feuda Juris ſcripti comparata ſint, [33] neque fratri, [34] neque parenti ſuccedendi locus erit. Sed & parens eâ quoque ratione quòd parens ſit, à Feudi ſucceſſione removetur: [35] Cum enim viventium actus naturam imitentur, etiam Feuda in hoc data cenſentur, ut naturæ ordinem ſequantur: Quod cum Parenti natura

tura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

tura neget non uti Civili Jure, is ordine turbato in Feuda ſucceſſurus eſt.

Si tamen pacto ut vel frater vel parens ſucceſſurus ſit convenerit, pacta bonis moribus non adverſa ſervanda erunt. [36]

Sed & pactum tacitum intervenire ſatis eſt. Puta ſi frater cum fratre cohabitans ex communibus bonis Feudum domino ſciente comparaverit, tum enim cum dominus tacitè in utrumque vaſallum conſentire videatur, frater fratri ſucceſſurus eſt. [37]

Tantundem quoque dicendum erit ſi frater ex pecuniâ propriâ communi nomine Feudum emerit. [38]

Verum ſi dominus priore ſpecie communionem ignoraverit, vel frater non ſimpliciter, ſed ſuo nomine ex communi pecuniâ Feudum emerit, frater fratri, tametſi communionem dominus ſcierit, non ſuccedet. [39]

Hac tamen ſpecie, quamdiu fratres ſimul habitaverint, Feudi fructus communicandi erunt: Eâque in re paululum à diſpoſitione Juris Civilis, quâ res communi pecuniâ empta communis non fit, recedi videri poterit.

Sed ſi res individua fratribus duobus in Feudum ſit data, frater fratri in Feudo ſuccedit; [40] mediæ tamen partis æſtimationem domino daturus: [41] niſi frater præmortuus majorem in Feudo partem habuerit: Tum enim ſolidum Feudum dominus vendicabit: [42] fratri itidem partis ſuæ æſtimationem ſoluturus: majus etenim in individuis ad ſe minus trahere vulgo dicitur.

Quatenus autẽ ſucceſſio quæ à collaterali initium cepe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

rit ſeſe extendat controvertunt Interpretes: Et non ultra ſeptimum gradum dilabi conſtans eſt opinio; [43] Cum alioquin ſucceſſio per lineam directam primum propagata in infinitum ad omnes primi acquirentis poſteros vim ſuam haud dubiè exſerat. [44].

Porrò ad ſucceſſionem Feudi Hollandici quod attinet, cum id hæredum cauſa conſtitui formula inveſtituræ indicet, ulterior ſucceſſio ex antiquatis Patriæ legibus petenda erit, [45] ſi modo naturæ ratio, quam jus ſcriptum dictat, uſque ſervetur: Exempli cauſa: Feudi natura eſt ne adſcendēs in eo ſuccedat. Patri igitur non modo frater ſororque, ſed & eorum deſcendentes, in Feudi ſucceſſione præferentur. Verum quod poſt hoſce parentes hæredum titulo inſigniti vocentur, id naturæ ordine turbato placuit, ne Feudum ex ipſius clientis bonis profectum domino facile committi poſſit.

Secunda igitur poſt liberos Feudi novi ſucceſſio, fratri debetur primigenio, tam conſanguineo, quàm uterino: [46] Quod verum ſi vel uterque parens è vivis exceſſerit, vel Feudum in Æſdonici Juris ſolo ſit ſitum. In ſolo verò Scabinico, ſi parens alteruter etiamnum in vivis extiterit, ſecus eſt; uti enim hic filio ibidem non ſuccedit, ita nec ejus matrimonij fratres. Quamobrem ut hæreditas, ſic & Feudum ad prioris matrimonij fratrem primigenium devolvi neceſſe eſt: Imò & ad hæredes, ſi uſu veniat, ulteriores.

Si fratres nulli ſint, Soror ætate provectior in Feudo ſuccedet. [47]

Sorori verò ſuccidaneus erit ex fratre ſororeve Nepos, deinde Neptis, tum Pronepos, Proneptis, cæterique: Gradus, ſexus, & ætatis prærogativâ obſervatâ. [48]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Sed cum alia filij, alia collateralis ſuccedendi ſit ratio, hic nec Feudi æſtimationem, nec precium collaterali ſuo confert. [49] Huic enim earum rerum, quæ inter vivos donatæ, etiam Jure civili collatio nulla fit: Cum contra ea ſola in filio conferendi ſit ratio, quòd Feudi proprietatem à patre credendi animo, ut dictum eſt, anteà acquiſitam acceperit, adeo ut poſſeſſionis apprehendendæ occaſio, non niſi poſt ſolius parentis obitum, ſucceſſionis jure filio expectanda ſit: [50]

Qui verò cenſent collaterali juxtà ac filio precium conferendum eſſe, majorem conferendi rationem in collaterali conſtituunt.

Si enim, inquiunt, filius, qui arctioribus neceſſitudinis vinculis defuncto eſt copulatus, à conferēdi neceſſitate immunis non eſt: multo minus frater laxiore ſanguinis nexu defuncto fratri adſtrictus immunis fuerit.

Sed contra argumentandum ex collationis origine. Cum enim filij in patriâ poteſtate cōſtituti, parenti omnia acquirerent, poſteaque Prætoris beneficio emancipati ad ſucceſſionem paternam vocarentur; æquum viſum fuit, ut qui paterna appeterent bona, etiam ſua in commune conferrent. Quæ ratio cum in quolibet collaterali ceſſet; etiam Juris diſpoſitionem ceſſare neceſſe eſt. Deinde nec tanta neceſſitudo fratrum inter ſe, quanta inter patrem & filium intercedit: cum his paterna hæreditas omnibus ex æquo debeatur, & ſimul rerum paternarum domini etiam vivo patre quodammodo ſint, Ideoq; majori ratione liberis ſuum conſervari, quàm fratribus non ſuum acquiri oportuit.

Sed Feudum tametſi in hæreditate ſit, rem tamen hæreditariam non eſſe [51] ex eó liquet, quod ſimul cum ipſâ hæreditate delatum non fuerit; ſingulari enim titulo ſtatim ab

ipſâ Feudi conſtitutione per primam Inveſtituram ſucceſſori acquiri dictum eſt ſupra. [52]

Semel itaque rei domino ex præcedaneâ illa & quidem ſingulari cauſâ quæſita, ex poſteriori aliqua ac ſuccedanea amplius acquiri non poteſt.

Deinde ex eo quoque Feudum rem hæreditariam non eſſe palam eſt: quod Feudum non ſemper hæredem ſequi certiſſimi Juris ſit. [53]

Exempli cauſa: Si parentes ex aſſe hæredes ſint, ubi tamen reliquus ſit frater, cui legitima ipſius Feudi competit ſucceſſio. [54] Conſimiliter, ſi alius teſtamento hæres ſit ſcriptus, alius Feudi ſucceſſor legitimus exiſtat.

Item in locis Juris Æſdonici, quod conſtitutione legum Politicarum in ſucceſſione Feudali abrogatum non eſt, [55] ſi frater uterinus ex aſſe hæres ſit, & fratris conſanguinei filius Feudi paterni ſucceſſor. [56]

Denique ſi patrinis in locis eidem Juri obnoxiis ex aſſe hæres ſit, fratris verò nepos Feudi ſucceſſor legitimus. [57]

Hiſce exemplis cum idem Feudi ſucceſſor, & hæres non ſit, non eſt, ut Feudum in aliis etiam ſpeciebus hæreditaria res cenſeatur. Et conſequenter nec ex familiæ diviſione ſucceſſori obveniet. Rem ſiquidem unam eandemque diverſo jure cenſeri ratio Juris non patitur.

Tametſi verò collateralium nulla ſit collatio, attamen uxori actio per maritum ex primâ Feudi comparatione cõquiſita, ſalva permanet, ut vel actione rei utiliter ſuo nomine à marito geſtæ, precij ſemiſſem abs Feudi ſucceſſore repetere

tere poſſit, vel communi dividundo Judicio, eo uti dictum eſt modo cum eodem experiatur. [58]

Quod ſi Feudi precium plenè à defuncto dum viveret ſolutum non fuerit, Feudi ſucceſſor, uti de filio dictum eſt, quod reliquum erit perſolvet: [59] Feudo etenim pro ſe & ſucceſſore comparato, ſi emptionem ſucceſſor ratam habere velit, & precium perſolvat neceſſe eſt, cum ulterius defunctus donare voluiſſe præſumendus non ſit, quàm re vera vivus ſoluturus eſſet.

Quid ſi defunctus Feudum vendiderat, pactumque precium acceperit, & Feudi traditio nondum ſubſequuta ſit, Succeſſor [60] quia ſingulari titulo à primâ Feudi Inveſtiturâ, ejuſdem proprietatem à domino quaſi traditam habet, [61] nec ea defuncti refutatione illi ſit adempta, [62] Feudo nihilominus potietur: Et perſonalis tantum ex empto actio adverſus defuncti hæredes emptori erit reliqua: [63] Qua quanti ea res erit conſequetur. Vel ſi ſucceſſor hic, aliquâ ex parte ſit: Eum (cum facti individui obligatio hæredum ſingulos liget) in ſui infeudationem, ad neceſſariam Feudi refutationem quæ Vaſallo traditionis loco eſt, adiget. [64] Erciſcundæ tamen Judicio huic ſucceſſori adverſus cohæredes ſalvo. [65]

Poſt fratres & ſorores, eorumque deſcendentes, ſi uterque ſimul parens in vivis ſit, ſolus pater in Feudo ſuccedet. [66] Eſt namque Feudum Hollandicum Juris individui, & conſortis impatiens: [67] Proinde uxori, ejuſve hæredibus precij ſemiſſis ſoluto matrimonio reſtitui debet, niſi enim uxor in vivis atque una pariter hæres eſſet, maritus nec hæreditatis nec Feudi capax eſſe poterat. [68] Idque potiſſimũ in locis juri Scabinico aſtrictis obtinet, ubi matrimonio ſoluto parens ſuperſtes liberis, uti dictum eſt, hæres non eſt:

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Non item in locis jus Æſdonicum ſortitis, ubi uterque, vel etiam alteruter parentum, liberis hæredes exiſtunt: Cum enim Pater ſuo jure ibidem Feudum habeat, matri precij reſtitutio non fiet. [69] Parentum enim collatio nulla eſt, niſi ſi forſan matri legitima deeſſet: Tum enim ad legitimæ complementum precij reſtitutionem fieri, ne modo indirecto legi fraus fiat, jus faſque eſt. [70]

Ex hiſce etiam conſequens eſt matri Feudi ſucceſſionem, ſi quando ex aſſe hæres eſt, deferri. [71]

Sed ſi nulli defuncto parentes reliqui fuerint, Patruus vel Avunculus qui alterũ ętate antecedit, Feudi compos erit. [72]

Nec refert utrum hi patrem an matrem defuncti unâ, an utraque ex parte ſanguinis nexu contingant.

Quibus omnibus deficientibus, reliquum eſt uti eadem ratione, quæ modo expoſita eſt, defuncti amita vel matertera ſuccedant. [73]

Poſtremo, etiam eorum in infinitum liberi. [74]

Avorum porro & Aviarum deficiente linea, ipſimet Avi, Aviæque ſexus ætatiſque prærogativâ, ſi ſucceſſio in terris Juris Æſdonici evenerit, ſuccedunt. [75]

Sin Feudum, ubi Scabinico Jure ſucceſſio procedit, ſit ſitum; neceſſe erit, ut ſimul avus aviaque paterni vel materni in vivis ſint, antequam Avo natu majori Feudum deferri poſſit.

Sin vero Avi, Aviæq; defuncto deſint, Proavorum Proaviarumque ſuccedet linea.

Ex hac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Ex hac Patruus magnus, vel Avunculus magnus primum vendicabunt locum.

Deinde amita vel matertera magnæ tandem, & eorum deſcendentes ſuo ordine ſuccedent. [76]

Eandemque porrò ad normam & legem ſuperiores omnes exigendæ erunt lineæ, quoad cognatione, decimo demum gradu, deficiente, Feudum domino, [77] excluſis, conjuge [78] ſuperſtitis qui ne quidem in Allodiis hæres eſt) & Fiſco, aperiatur.

Legitimati verò matrimonium ſubſequens perinde ac ſi legitimo thoro initio eſſent nati, ſuccedunt. [79]

At per principem natalibus reſtituti, ita demum ad Feudi ſucceſſionem vocantur, ſi id expreſſim reſcripto comprehenſum fuerit. [80]

Et licet, ut plurimum, clauſula hæc conditionalis Reſcripto inſeri ſoleat: SI MODO CONSANGVINEI PROXIMI LEGITIMATIONI ASSENTIANT: Ea ulterius tamen propinquorum conſenſum non exigit, [18] quàm ſi legitimatus horum quoq; ſucceſſionem legitimam affectet, [82] Alioquin hiſce ne vocatis quidem, legitimationis litteræ Cameræ Principis Rationali oblatæ, emologari ſeu Interinari, ut vocant, poterunt.

Quæ & de Feudis paternis dicta intelligantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

De Feudi Paterni ſucceſſione.

CAPVT SEXTVM.

Feudum paternum quid. 1.
Feudum paternum quid Iure ſcripto. 2.
Feudum antiquum quid. 3.
Feudi antiqui, & paterni uſus promiſcuus. 4.
Filius ſi omiſſâ hæreditate paternâ, Feudum vel novum vel paternum retinet, hæreditarijs ſeſe creditoribus obnoxium reddit. 5.
Niſi honori parentis, Inventarij beneficio conſuluerit. 6.
Filius hæreditate, quæ nulla eſt, omiſſâ Feudum recte retinet. 7.
Filius conſentientibus agnatis de Feudo paterno tanquam de novo inveſtitus, omiſſâ hæreditate, Feudum retinet. 8.
Feudum paternum deſcendentibus, ad inſtar Feudi novi defertur. 9.
Succeſſor Feudi paterni cohæredibus precium non reſtituit. 10.
Feudum paternum filio in legitimam non computatur. 11.
Parentes in Feudo paterno ſuccedere natura negat. 12.
Niſi pacto id convenerit. 13.
Pater qui filium Feudo inveſtiri patitur, ſucceſſioni Feudali, ſi filium præmori contingat, non renuntiat. 14.
Poſt liberos, fratres ſuccedunt germani & conſanguinei. 15.
Fratris demortui filij, cum patruis in ſtirpes concurrunt. 16.
Fratrum filij, viritim inter ſe patruo ſuccedunt. 17.
Vltra fratrum filios, proximi quique, citra repræſentationem, exemplo Iuris Civilis, ſuccedunt. 18.
Feudum lineæ adeo inhæret, ut non niſi universâ ea deficiente, ſuperior linea admittenda ſit. 19.
Agnatorum inter ſe neceſſitudo tanta non eſt, ut hæreditatem ſimul & Feudum, uti filius, vel omittere, vel retinere teneatur. 20.
Fratri qui ejuſdem eſt cum defuncto ſtirpis, Feudum defertur. 21.

Feudum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Feudum quaſi paternum dicitur, quod parentum nemo poſſedit, ſed vel à fratre, aliove tranſverſali, quæſitum, ſecundâ ſucceſſione ad nos pervênit. 22.

Gentilitiam ſtirpem primâ ſucceſſio demonſtrat. 23.

Feudi hæreditarij ſucceſſor, ut & primi acquirentis, & noviſſimè defuncti, hæres eſſe potuerit, omnino neceſſarium. 24.

Feudum hæreditarium proſapiam quam ſemel elegit numquam deſerit. 25.

Poſt fratres, ſoror primigenia quæ communem cum defuncto ſtirpem habet, Feudi ſucceſſor legitima. 26.

Feudi quaſi paterni; quando pater ſucceſſor legitimus. 27.

Quando itidem mater. 28.

Feudi ſucceſſionem metimur ex ſitu loci, tametſi alibi defunctus extremum clauſerit diem. 29.

Eâdem ratione res quoque ſoli deferuntur in allodijs. 30.

Domum mortuariam ſequuntur mobilia & Iura. 31.

Vt patruus ſuccedat, neceſſe eſt Feudum à paternâ lineâ profectum eſſe. 32.

Et contrà, avunculus avi materni generis Feudum conſequitur, ſicque deinceps. 33.

FEVDVM paternum dicimus, quòd anteà conſtitutum, ſucceſſionis ordine ad nos pervenit. [1]

Feudiſtæ vero Feudum propriè paternum vocant, quod vel à patre vel ab alio communis agnationis aſcendente ad quartum uſq; gradum quæſitum, ad nos divolvitur: [2] Quod porro ab Atavo aliiſque anteceſſoribus initium ceperit, Antiquum & quandoq; avitum nominant. [3] Sed cum paterni & antiqui eadem ſit natura idemque effectus, alterum pro altero uſurpari receptum eſt. [4]

Succeſſio autem Feudi paterni ſeu antiqui, cum nihil à ſucceſſione Feudi novi in deſcẽdenti lineâ differat, ſuperioribus hoc tantum addi poterit: Quod filius omiſsâ hæredi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

tate paternâ, Feudum neque novum neque paternum retinere queat, quin ſeſe hæreditariis creditoribus obnoxium reddat. [5]

Licet enim hæredis titulo Feudum hoc non deferatur, Feudo tamen indignus cenſetur, qui cum parentis honori Inventarij beneficio conſulere, & Feudum abſque æris hæreditarij onere retinere poſſet; parentem abſque hærede, vita fungi patitur. [6] Niſi tamen evidentiſſimè nihil in bonis defuncti ſupereſſe conſtet; tum enim, tametſi hæreditatem quæ nulla eſt, non adeat, Feudum nihilominus retinebit: [7]

Agnatis enim ad quos Feudum revertetur præ filiis conſuli contra omnem eſſe æquitatem adſerit Præpoſitus.

Vel ſi filius conſentientibus agnatis, de Feudo paterno tanquam de novo inveſtitus fuerit, is repudiatâ hæreditate Feudum retinebit. [8] Qui tamen ſi ſine liberis deceſſerit, Feudum nõ agnatis ſed domino tanquam novum aperietur.

Hollandici verò Feudi paterni prima ſucceſſio defertur filio, deinde filiæ, tertia nepoti, atque ita deinceps cæteris, pro gradus, ſexus, & ætatis cujuſque, ad inſtar Feudi novi, prærogativâ: [9] Niſi quod ſucceſſores iſti Feudum abſque conferendi onere præcipiant. [10] Nulla etenim æqualitatis ſervandæ ratio parenti imputari poteſt: Utpote à quo Feudum primo profectum non eſt, cujuſque id patrimonium non diminuerit: ſed quod non minus huic ſucceſſori, quàm ipſimet parenti ex primæ Inveſtituræ pacto quæſitum fuerit.

Eadem quoque ratio adduci poteſt cur ſucceſſori huic Feudali, Feudum in legitimam non imputetur: [11] cum ſcilicet Feudum hæreditatis pars non ſit, ſed res citrà hæreditatem habita.

Liberis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Liberis vero ſcripto Jure deficientibus, parens utpote à quo medio Feudum filius neceſſariò acquiſivit, quique jam è vivis ſublatus ſit, in Feudo ſuccedere non poteſt. [12]

Si tamen vivus parens Feudum refutaverit, & eâ lege filius Inveſtituram obtinuerit, ut eo ſine liberis vitâ functo pater in Feudo ſuccedat, pacto ſtabitur. [13]

Sed & ſi pater Feudo nondum agnito filium Inveſtiri fecerit, iſque ante patrem extremum clauſerit diem, Feudum ad patrem non ſucceſſionis, ſed antiquo ſuo jure revertetur, ſi modo patrem omni ſuo juri renuntiaſſe non patuerit. [14]

Poſt liberos igitur ſecundo ordine in genearchico Feudo ſuccedunt trãſverſales: Et inter eos fratres ſi ſoli ſint primum vendicabunt locum, ſive germani ſint, ſive conſanguinei: Nec enim hi à germanis, uti Jure Civili, excluduntur, cum non cognationis ſed agnationis tantum ratio, in Feudi ſucceſſione ſervetur.

Sin fratrum demortuorum filij cum patruis concurrant, hi parentum ſuorum locum ſubintrantes, portionem ferent paternam. [16]

Soli autem fratrum filij ex Azonis ſententiâ poſt inextricabilem Interpretum conflictionem; & non niſi Imperatoria auctoritate deciſam, viritim ſeu in capita, defuncto patruo ſucceſſuri ſunt. [17]

Poſt fratrum filios, ordine ſequuntur fratrum nepotes (quibus defunctus patruus fuit magnus) verùm hi cum fratrum filiis, hoc eſt patruis ſuis, ad ſucceſſionem Feudi non concurrunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Ultrà enim fratrum filios inter tranſverſales repræſentatio nulla: Verùm proximi quique exemplo Juris Civilis ad ſucceſſionem vocantur. [18] Diſſimiliter tamen: Civili namque jure graduum tãtum proximitate ſucceditur, nec agnationis nec lineæ ratio habetur: ut puta ſi cum patruis, avunculis, amitis, & materteris, vel horum aliquo defuncti ex fratre ſororeve nepotes, ad hæreditatis ſucceſſionem accurrant: illorum ſinguli nepotibus hiſce præferentur. Contrà in ſucceſſione Feudi non modo nepotes, ſed & ulteriores agnati his omnibus præferendi erunt. Quia Feudi ſucceſſione ſemel delatâ, antè univerſa ejus linea ſeu poſteritas deficiat neceſſe eſt, quàm ſuperiori lineæ ſuccedendi locus eſſe poſſit. [19] Sed exemplo res planius demonſtrabitur. Titius Feudum acquiſivit, & reliquit filios binos, Primum & Secundum: Primus duos filios ſuſcepit, Tertium & Quartum; hic in lucem produxit Quintum: Quintus verò Sextum. Feudum deinde diviſione vel ſorte Primo obvenit, à Primo tranſiit in Tertium; mortuo Tertio ſine liberis, ſuccedet Quartus; quo non exſtante, Quintus rurſus; Quinto deficiente, in Feudum ſuccedet Sextus, tametſi Secundus defuncti patruus etiamnum in vivis, & Sexto gradu ſit anterior. Cum enim Primi linea nondum exſtincta ſit, ea quoad duraverit, proximior cenſenda erit, & conſequenter interim fratris Secundi linea non admittenda.

Sed ſi cum Sexto linea Primi defecerit; tum, quia linea Secundi proximior eſſe incipit, is, uti in eâ primus, ſucceſſurus erit.

At ſi Secundus ſuæ lineæ principium & finis ſit, cum eâ ſpecie ex Titij poſteris nemo ſuperſit, Feudum domino neceſſario aperietur, ut quòd priſtinam Feudi novi naturam quaſi poſtliminio receperit, in quo agnatos non ſuccedere dictum eſt antea.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Sed & in eo à ſucceſſione Juris Civilis receditur, cum eo Jure (retentâ ſuperiori ſpecie) Secundi deficiente linea, ejus hæreditas ad Titij fratrem, aliumve ejus conſanguineum proximum deventura ſit, non ſecus, ac ſi Titius nullis liberis progenitis è vivis exceſſiſſet.

Poſtremò tametſi eadem filij & agnati in Feudis ſuccedendi ſit ratio, cum Feudum uterque non ab ipſo defuncto, ſed à primo parente, qui id poſteris quæſivit, delatum habeat: Attamen in eo diverſitas apparet, quòd agnatus, non itidem ut filius, hæreditatem ſimul & Feudum vel omittere, vel retinere teneatur. [20] Cujus ea potiſſimum ratio fertur, quòd agnatorum inter ſe neceſſitudo tanta non ſit, ut injuriam illis fieri Jura exiſtiment, ſi mutuo delatam hæreditatem adire ſuperſederint; quam tamen cauſſam potiſſimum eſſe in filio, cur Feudo paterno potiri non debeat, dictum eſt antea. Deinde etiam quòd ſæpe eveniat ut ſucceſſor Feudalis tametſi maxime velit, agnati hæreditatem cernere nequeat, uti ex jam dictis de patruo, & defuncti ex fratre nepote, evidens eſſe poteſt.

Cæterum poſt deſcendentes Hollandici Feudi Paterni ſucceſſio defertur fratri, ſed ei tantum qui ejuſdem cum defuncto ſit ſtirpis: [21] Puta: ſi Feudum ſit à patre profectum, ſolus in eo ſuccedet frater conſanguineus: Sin ſucceſſione maternâ ad eum devenerit, frater uterinus excluſo conſanguineo Feudum vindicabit.

Sed etiamſi Feudum defuncto, à fratre aliove collaterali qui primus id acquiſivit, obvenerit, quaſi paternum defferetur ei, qui ejuſdem cum eo eſt proſapiæ. [22]

Exempli cauſsâ, Si defuncto qui Feudum acquiſivit, ſuperſint frater uterinus, ſoror germana, & frater conſanguineus:

neus: Frater uterinus, ſi uterque defuncti parens è vivis exceſſerint, in Feudo tam Æſdonici quàm Scabinici ſoli, quãtumvis à matre oriundus, ſuccedet. Quandoquidem & mas, & defuncti fratre conſanguineo natu major exiſtat. Uterino autem ſine liberis vitâ functo, ſoror germana quaſi in Feudo paterno ſuccedet, quia ei mater cum utroque defuncto communis fuit. Ideò verò frater conſanguineus à Feudi ſucceſſione removetur, quod ſit uterino alienus, nulloque ſanguinis vinculo conjunctus: Conſimiliter ſi conſanguineus ætate uterinum ſuperaſſet, uterinus à Feudo in perpetuum futurus erat excluſiſſimus, eò quòd ipſam gentilitiam ſtirpem, quam prima ſucceſſio demonſtrat, [23] Feudum ſemper ſequitur, Et in hæreditarij Feudi ſucceſſione perpetui juris eſt, ut ſucceſſor Feudalis, & primi acquirentis, & ultimi poſſeſſoris hæres eſſe potuerit. [24] Conſanguineus autem primi acquirentis hæres eſſe potuit: at verò uterini nequaquam. Unde etiam germana, ad avunculum Feudum tranſmittet, vel quemcunque alium materni generis ſucceſſorem Feudalem: Nunquam enim à ſtirpis maternæ lineâ, quam prima ſucceſſio elegit, diſcedendum erit. [25]

At ſi alter tantum primi acquirentis parens è vivis, in ditione ubi Juri Scabinico eſt locus, exceſſerit, & ibidem Feudum ſitum reperiatur; cum parens ſuperſtes defuncto hæres non ſit, nec ejuſdem parentis defuncti frater Feudi capax eſſe poterit. Utputa ſi defuncto ſuperſtites ſint mater, & ex eâ frater, & prȩterea germana ſoror: Frater quia matris cauſsâ hæres non eſt, non etiam Feudi ſucceſſor legitimus eſſe poterit, cum citra hæredis qualitatem Feudum nemo capiat: Sola igitur ut germana ſoror ſuccedat neceſſe eſt.

In tantum, ut ſi mater primùm, deinde etiam ſoror germana moriatur, frater uterinus in Feudo non ſit ſucceſſurus, quia ſemel excluſus quod hæres eſſe non potuit, amplius ad Feudi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Feudi ſucceſſionem admittendus non eſt, cum ſimul primi acquirentis, & ultimi poſſeſſoris pariter hæres eſſe non poſſit.

Sin defuncto frater nullus ſit, ſoror quæ communis ſtirpis eſt, ætatis prærogativa, in Feudum ſuccedet: [26] Poſt ſororem, ex fratre ſororeve nepos: Deinde Neptis, pronepos, Proneptis, cæterique.

Poſt verò fratrum Sororumve deſcendentes, ſi uterque parens in vivis ſit, & Feudum tranſverſariæ ſucceſſionis Jure ad defunctum pervenerit, pater ordine retrogrado in Feudo ſuccedet. [27]

Sed & ſoluto matrimonio parens ſuperſtes in terris Juris Æſdonici, ut ex aſſe hæres, ita & Feudi quaſi paterni ſucceſſor eſt legitimus, [28] modò Feudum ibidem ſit ſitum: [29] Ut enim res ſoli patrimoniales pro locorum diverſitate, ubi ſitę ſunt, [30] & nō ubi defunctus extremum claudit diem, (quem tantum res mobiles & Jura ſequuntur [31]) ab inteſtato ſucceſſoribus deferri conſtat: Ita etiam in Feudis loci ſitus, & non defuncti mors, ſpectari ſolet.

Utroq; parente deficiente, ſi Feudum à patre profectum fuerit, Patruus, [32] ſin à matre, Avunculus, Feudi ſucceſſores erunt legitimi: [33] Poſtremo amita, materterave tandem, eorumque ex ordine deſcendentes.

Sicubi verò deſcendentes defecerint, Avi Aviæque ad normam Feudi novi ſuccedent, ſtirpis tantùm ratione habitâ, riteque obſervatâ.

Sin Avorum Aviarumque ſucceſſio defecerit, Patruus Avunculuſve magni: Deinde & amita materterave magna,

eorundemque poſteri, eodem modo quo patrui eorumque deſcendentes, ſecundum ſexus ætatiſq; prærogativam, ſuccedent.

Poſt hoſce univerſos cum in Proavorum Proaviarumque linea, quo Feudum deſcendat amplius, nemo ſeſe offerat, ipſimet Proavi Proaviæque ſucceſſuri ſint. Et poſt eos Abavorum Abaviarumque deſcendentes, in quorum linea cognatio, & conſequenter etiam ſucceſſio, aliquando tandem finem ſuum neceſſario eſt habitura.

Feudo per ſucceſsionem delato, intra quod tempus Inveſtitura petenda ſit: Et quid recognitionis ergo ſolvi oporteat.

CAPUT ULTIMUM.

Feudi delati poſſeſſio ſi vacua reperiatur, licitè apprehendi poteſt. 1.
Ab alio occupata, non niſi juſtiori titulo evincitur. 2.
Nulla Feudi abſque inveſtitura, in jure proſecutio. 3.
Vacuâ Feudi poſſeſſione apprehensâ, annus integer dieſque petitioni inveſtituræ conceditur. 4.
Dies pro ſex ſeptimanis accipitur. 5.
Pœna Iuris diei lapſi, commiſſum eſt. 6.
At moribus noſtris abſque fraude, duplici laudemio redimitur. 7.
Feudum juſtâ ſemel poſſeſſione quæſitũ, ſolâ ſententiâ aufert Feudũ. 8.
Si Princeps Feudum morte vaſalli ſibi apertum aſſerat, fructus, dum de proprietate cognoſcitur, percipit. 9.
Quot perſonæ à noviſſimo cliente interceſſerint, quibus Feudum delatum fuit, totidem inveſtituram petenti laudemia perſolvenda ſunt. 10.

Natu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Natu minor non niſi refutatione majoris, vel duplici oblato laudemio, Feudo inveſtitur. 11.

Laudemium Feudi magni & medij decem eſt carolinorum. 12.

Parvi, unius anni fructibus redimitur. 13.

Iura Feudi magni caroleis cōſtant duobus ſupra viginti, & ſtufero. 14

Feudi medij, caroleis decem. 15.

Parvi, carolinis quinque. 16.

Soli Pares curiæ domini inveſtientis, vel Principis teſtes idonei. 17.

Feudum magnum quid. 18.

Medium. 19.

Parvum. 20.

Inveſtituræ breviculis certa laudemia, exemplo quinquageſimæ aſcribi ſolent. 21.

Symbolorum nonnullorum in dubio, pretia. 22.

Primi clientes, à ſymbolis laudemiiſque immunes. 23.

Niſi princeps rem ſuam patrimonalem in Feuda conceſſerit. 24.

Sunt & immunes quibus annuus reditus primum ex Feudi oppignoratione acquiritur. 25.

Sors quæ ipſi Feudo quodammodo decedit, in Feudum ejuſdem naturæ & ſub iiſdem ſymbolis, neceſſario accipienda. 26.

Reditus redimibiles, certa patriæ conſuetudine, rebus mobilibus annumerantur. 27.

Feudi pluribus teſtamento relicti, unicum tantum præſtatur laudemium. 28.

Sola ſectione, Feudi Hollandici fit diviſio. 29.

Si pacto Feudum dividi convenerit, unicum tantum laudemium, ſectionis ergo, penditur. 30.

Sin partis tantum fit diviſio, nulla laudemij pro vice prima ſolutio. 31.

Quot Feudi partes, totidem Feuda fiunt nova. 32.

Feudo ex pluribus partibus conſolidato, priſtina Feudi reviviſcit natura. 33.

Laudemij immunitas, nullā jurium curialium immunitatē parit. 34.

A valvaſoribus graviora laudemia exigi, quam vaſallus principi pendit, corruptela. 35.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Vaſallorum Feuda, meræ ſubinfeudationes. 36.
Privatus, quod neminem Iure Iurando ſibi devincere poteſt, Feudum dare nequit. 37.
Subinfeudationes, perpetuo ſemper Principis Feudo, cujus naturam ſequantur, adſcribi ſolent. 38.
VVaſſenariam familiam antiquitate, Egmondanam divitijs, Brederodiam nobilitate anteſtare vulgo dicitur. 19.

FEVDI delatâ ſucceſſione, cum ex primevæ Inveſtituræ formula rei ipſius proprietas ſufficienter novo Vaſallo ſit quæſita: ad plenum Feudi Jus obtinendum, nihil ei ſit reliqui, quàm ut utilis dominij poſſeſſio cum ipsâ proprietate conſolidetur.

Quod ut fiat, eidem ſuopte arbitratu poſſeſſionem, quatenus eam vacuam invenit, capeſſere jura permittunt. [1]

Ab alio vero occupatam, non niſi juſtiore titulo neceſſe habet eam ab adverſario interdicto evincere. [2]

Si tamen & ipſe & adverſarius rite fuerint inveſtiti. [3]

Tametſi alioqui poſt vacuam Feudi poſſeſſionem apprehenſam, integrum anni vertentis ac diei [4] (quæ ſex hebdomadarum curriculo circumſcribitur) [5] ſpatium, novello clienti concedi ſolet, intra quod tempus impunè ipſi ac ſine fraude Feudum, abſque ullo dominicæ Inveſtituræ titulo, retinere liceat.

Lapſi autem temporis, pœna commiſſi, uti de Jure [6] non eſt: Sed duplicato ut plurimum honorario, quod Laudenium ſeu Relevium vulgo vocitant, culpa (modo contumacia abſit) redimi diluique conſuevit. [7]

A con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

A contumace autem Vaſallo,ſeu facinoroſo,non niſi perrogatâ Judicis ſententiâ Feudum evinci Juri conſentaneum eſt. [8] At morte apertum abſque figurâ Judicij à domino apprehenditur. [9]

Feudo ſæpius per ſucceſſionem ad novos ſubinde poſſeſſores tranſlato, poſtremus, omnium deceſſorum nomine, Feudum recogniturus erit. [10] Et qui rem diemq; protelando moram fecerit, eam modo jam dicto expurgabit. Sed exemplo res clarior fiet. Si quis Cliens coram Curiæ Feudalis legato; vel uti hodie coram Archivorum magiſtro (quod munus hodie cum publicâ Ordinum auctoritate ſuſtinet fidei præclarus inprimis, ac nobis etiam communis Collegij neceſſitudine cõjunctiſſimus, Janus Douza Nordovici Dominus) in rem præſentem ſe ſiſtens Feudo paterno inveſtiri poſtulet, Idemque ex more ſolenni, de mortis tempore interrogatus, quo futuri vaſalli parens in fata conceſſerit, Simul utrumne is mortis tempore parenti ſuo fuerit primigenius, nec ne, reſpondeat; Triennium jam eſſe quo pater vitâ functus quaternos ex ſe reliquerit filios; Cęterùm cum prior natu parenti non ultrâ trimeſtris temporis ſpatium fuerit ſuperſtes; Secundus porrò annum & diem primo ſupervixerit: Tertius denique ante pauculos dies in vivis eſſe deſierit, unum ſe modò unicumq; Feudi ſucceſſorem reliquum eſſe.

Hâc profeſſione cum evidenter liqueat, ſucceſſione demum quartâ huic Feudum delatum eſſe, conſequens erit totidem illum tam laudemia, quàm Jura Curialia, quæ vocant, repræſentare debere. Et quoniam Secundus Primum, deinde & Tertius anni integri, & quod excurrit temporis moram fecerint, laudemia cæteraque honoraria duplicanda erint: In tantum ut non niſi ſenis demum perſolutis laudemiis, totidemque Juribus, Feudo inveſtiri debeat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Sed & ſi filius, vel filia, aliuſve natu minor, cui teſtamento rite cum domini conſenſu cóndito, Feudum relictum non eſt, inveſtituram affectet: Non niſi primigenij refutatione, vel laudemio Juribuſque duplicatis, Feudo inſigniendus erit: [11] Cum enim ſoli primigenio per inveſtituram primævàm proprietas ex Feudi natura ſit quæſita, & eidem poſſeſſio quoque morte noviſſimi vaſalli delata, Inveſtituræ Jus domino quæſitum, ei interverti non poterit.

Quanti autem laudemia iſta Juraque taxari conveniat, brevibus expediri poterit.

Magni enim mediique Feudi laudemium, ſi expreſsè nihil ex præviæ pactionis formulâ inter dominum vaſallumque convenerit, denis Carolinis redimitur: [12] Parvi verò laudemium unius anni fructibus. [13]

Curiæ porro Feudalis Jura ad Feudum magnum quæ pertinent, Carolini ſunt duo ſupra viginti, ſeſtertiuſque unus. [14]

At Feudi medij Jura, Principi Curiæque adminiſtris debita, Carolini ſunt decem. [15]

Poſtremò Feudi minoris Jura, quinis non amplius Carolinis cenſentur. [16]

Formula hujus ſententiæ etiamnũ in inveſtituræ tabulis hiſce conſpicitur verbis *Als mannen vvijſden dat recht vvas.*

Quibus id tantum ſit reliqui, quod Curiæ paribus non tam fidei publicæ cauſsâ (tametſi ſoli Pares actorum iſtiuſmodi teſtes habeantur idonei) [17] quàm quod ultroneâ ſententiâ Inveſtituræ fidem comprobare conſueverint, honoris ergo penditur & quidem capitatim ſingulis Rhenani vini quartarius.

Feudum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Feudum autem magnum dicitur, [18] cujus fructus quotannis ad tricenos Carolinos, aut etiam ultra eam ſummam extenduntur: Vel quod ejuſmodi ſit, uti Juriſdictionem aliquam annexam habeat.

Medium porrò Feudum, unde decem Carolinorum & quod excurrit fructus redeant quotannis, dum tamen tricenorum florenorum ſummam non attingant. [19]

Quod verò tanti non eſt, ut denorum Caroleorum precium æquare vel efficere poſſit, ex ſolenni Feudalis Curiæ conſuetudine, Parvum ſive minutum dicitur. [20]

Sed enim hæc tam univerſa quàm ſingula tum demum locum habent, quoties certum aliquod honorati ſymboli genus gratitudinis ergo Inveſtituræ nomine præſtandum, in dominicis Feudiſticarum rerum tabulis, diſettè expreſſum non apparet.

Cui generi idcirco certa laudemia (exemplo quinquageſimæ) quanti videlicet ea redimenda ſint adſcribi plerunque ſolent: [21] hæc ſi omiſſa fuerint ſymbola quæ ſubſequũtur hujuſmodi in dubiis precij æſtimationẽ recipiunt. [22]

Ac primum novellus enſis Carolinis redimitur duobus. *Een nieuvven ſvvaert.*

Niſus coloris rubidi ex fringillariorum accipitrum genere quem Mucetum vulgo indigetari Nomenclator noſter Junius adſerit, Carolini unius pretio æſtimatur. *Een rooden ſperrevver.*

Niſus hornotinus, id eſt qui antequam deplumeſcit, manſueſcit: Et eſt ex peregrinorum accipitrum genere Caroleis duobus. *Een muyter ſpervver.*

Canis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Een vvinthont met halſbanden elcken vvinthōt iij. p. ende den halſbant xx. ſt.

Canis venaticus albus Carolinis tribus, cui ſi millus, id eſt collare acceſſerit, quartus adjicitur.

** Een Mervveetſchen ſnoeck.*

*Lucius in amne Meruâ captus denis ſeſtertiis, hoc eſt ſtuferis redimitur, quorum viceni ſolidum Carolinum efficiunt.

Een paer vvapenhantſchoenen.

Par ferrearum manicarum Carolino uno & quaternis ſeſtertiis.

Een paer harte hantſchoenen.

Par chirothecarum cervinâ ex pelle, quinque ſeſtertiis.

Een paer vvitte hantſchoenen.

Par chirothecarum ex albâ alutâ; tribus ſeſtertiis.

Een paer hantſchoenen.

Aliud chirothecarum par, indiſcretâ coloris proprietate, tantidem.

Een jagher hoorn.

Cornu venatorium, ſeſqui Carolino.

Een Dordtdrechtſchen kouck.

Libum Dordracenum, ſeſtertio.

Een goede heeck.

Lucius de meliore notâ vicenis ſeſtertiis.

Een goeden havick.

Accipiter probus: ſemiaureo, quem nobilem Anglicanum vulgo indigitant.

Een zeel vvinde elcken vvint iij.p.

Venaticorum canum par, ſive copula, tribus Carolinis ſinguli.

Een Cappoen.

Gallus ſpado, ſeptenis ſeſtertiis.

Een ſtoop Rijnſchen vvijn.

Rhenani vini ſemicongius drachmâ Æginæa, hoc eſt ſenis ſtuferis noſtratibus.

Par

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Par caponum ſaginatorum probè, Carolino.

Een paer vette Cappoenen.

Par cuniculorum, quinque ſeſtertiis.

Een paer Conijnen,

Salmo bonus, Carolinis tribus.

Een goeden Salm.

Libra pondo monetæ probæ, Carolino.

Een pont goet gelts.

Scutatum Hollandicum vetus, ſive ſeſqui florenus aureus: Carolinis binis, cum totidem ſeſtertiis.

Een gouden penninck, daer voor ſalmen ontfangen een Hollantſchen ouden ſchilt, den ſelven gereeckent anderhalven gouden gulde.

† Par calcarium ſemi Carolino.

† Een paer Spooren.

* Florenus magnus aureo ſtatere unoque aſſe redimitur, hoc eſt Caroleis quinis cum ſemi ſeſtertio.

** Een grooten gulde.*

† Florenus, cui Rhenani cognomentum tribuitur, octo ac vicenis ſeſtertiis.

† Een Rijnsgulde.

* Alius Florentini appellatione inſignitus, quem *hallinck* Idiotiſmus noſter indigetat, tricenis ſeſtertiis.

** Een gulden hallinck oſt een florijn van Florence.*

Et quæ longè plura tam ſymbola dominica quàm laudemia ex Inveſtiturarum formulis curioſâ obſervatione inveſtigari poterunt.

Verùm cum ſymbola hæc & talia Patronis beneficij agnoſcendi cauſâ à Clientibus præſtari ſit neceſſe, ab eorundem onere, primævæ cujuſque Inveſtituræ compotes, aſymboli atque immunes erunt: [23] Niſi forte Princeps rem ſuam patrimonialem à cliente ſibi minimè tranſcriptam in Feudum conceſſerit: Tum enim ſymboli gratiam non fieri nonnulli putant. [24]

Ejuſdem quoque immunitatis participes ſunt, quibus an-

nuus reditus primùm ex Feudi ipſius oppignoratione acquiritur: [25] Neque enim aliâ lege vel conditione Principis legatus nexui rei Feudalis aſſenſum ſuum commodare poteſt, quàm ſi ſors, quę ipſi Feudo decedit, in Feudum ejuſdem naturæ & ſub iiſdẽ ſymbolis cũ Feudo principali accipiatur. [26]

Et quamvis communi patriæ conſuetudine annui reditus, eo quod luitione nomen amittunt ſuum, ac reditus eſſe deſinunt, rebus mobilibus annumerentur: [27] Quoniam tamen rei, quæ vel ſoli eſt, vel ſolo accenſetur, veluti conglutinata adhærent, in Feudum recte dari nihil vetat.

Verum tametſi Feudum pluribus teſtamento fuerit relictum, non niſi unicum [28] tamen pro ratâ cujuſque portionis ſectionis primæ, ſeu fiſſionis ergo ut vocant (alio namque modo Feudi diviſio fieri non poteſt) [29] Principi ſolvitur laudemium.

Quod & obtinet ſi pacto Feudum ſolidè dividi convenerit: [30] ſin partis tantum inter plures diviſio ſit pacta, nulla pro vice primâ laudemij ſolutio fiet. [31]

Cæterum in quotaſcunque Feudum partes diſcedit, totidem ex iis nova Feuda fieri neceſſe eſt. [32] Quæ ſi temporis decurſu velut poſtliminio in unum rurſus coaluerint, Feudum ad Jus ſuum primigenium reverti, ac priſtinam denuo naturam recipere eſt conſentaneum. [33]

Sed hæc de ipſis honorariis dominicis tantum, laudemiiſque abundè dicta ſunto: Jurium enim Curialium præſtationes ab omnibus ex æquo ſine ulla porro exceptione præſtari debent: [34] Niſi quod omnes qui Principi ſunt à conſiliis, uti ipſius domeſtici, ſigilli immunitate gaudere ſoleant.

Quæ

Quæ verò hactenus de laudemiis hiſce, Juribuſque in medium ſunt prolata, tametſi de Feudo à Principe tantum moto dicta videantur, Attamen cum ſubinfeudationes pars & ſequela ſint Feudi à Principe moti, nimium ſanè ab iniquo habere videri poſſet (quum initio nihil quicquam de ſymbolis dominicis laudemiiſque fuerit actum) à valvaſoribus graviora laudemia, Curiæque Feudalis jura exigi, quàm quibus ipſimet vaſalli ſuo Principi obſtricti teneantur, tametſi contrarium huic morem uſus introduxiſſe videatur. [35]

Quod autem Vaſallorum Feuda non niſi meræ ſint ſubinfeudationes, ex eo convincitur: [36] Quòd Princeps ſubditorum nemini Jurisjurandi nedum fidelitatis accipiendi facultatem unquam hactenus conceſſerit; niſi & ij ipſi Principi antea fidei ſacramento devincti fuerint obſtrictique: Unde neque Feudum à quoquam privato ſuo Jure alteri in beneficium dari poſſe conſequens erit. [37]

Et quo planius certiuſque in perpetuum porrò conſtet, eum qui alij rem patrimonialem in Feudum concedit, Principis non modo eſſe vaſallum, vel ſubvaſallum: Sed & Feudo ſemel conſtituto talem eſſe non deſiiſſe, vel ſi ob Feudi fortaſſe alienationem Principis cliens eſſe deſierit, Feudum nihilominus formam, quam Jurejurando ſemel acceperit, non perdidiſſe: ſolent vaſalli neceſſariò Feudum aliquod ſuum exprimere, cui perpetuò ſubinfeudatio acceſſura ſit, ut nempe ejuſdem ſit naturæ, eundemque ſemper Juris dominici habeat ſucceſſorem.

Quod exemplo magis ac magis eluceſcet, cum Illuſtriſ. Principi Mauricio Comiti Naſſovio P. P. ex familiæ paternæ diviſione, Leccæ & Polanę ceſſerint dominia, complures ac multifarias Ex^am^ ejus ſubinfeudationes rerum, quæ longiſſimo etiam terrarum tractu à locis illis diſſitæ, nec quic-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

quam Feudi primitus conſtituti tempore, cum iis commune habuerint, conſequutas eſſe vero eſt conſentaneum. Idque non aliâ ratione, quàm quod Principes Naſſovij Feudi illius ſucceſſores, acceſſiones haſce novitiis illis primæ Inveſtituræ Clientibus, Jure ſuo quod in Leccæ ipſius ac Polanæ dominia competebat, in beneficium conceſſerint.

Conſimiliter nobiliſſimæ proſapiæ Domini Brederodij: Waſſenarij antiquiſſimæ: Opulentiſſimæ denique Egmundanæ [39] (uti familias haſce vulgò Idiotiſmus noſter diſtinguit) ſuos ſubvaſallos ſunt cõſequuti, quod nempe tanquam Brederodæ, Waſſenariæ, & Egmundæ Domini res patrimoniales iiſdem attribuerint.

Sic etiam Vorniæ, Agri Puttenſis, Strienſis, & Arkeliæ Domini Plurima Feuda delargiti videntur: Quorum inſcriptionem ſuccidanei Principes ſemper retinuerint, atque in præſens etiamnum Illuſtres Hollandiæ Weſtfriſiæque Ordines, non dedignantur.

Sed hîc cum Deo tandem, Succeſſionum Feudalium pauſa & finis eſto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 36